MUSEUM CRITICUM

CONTINENS PRAESERTIM

VARIAS

LECTIONES

OBSERVATIONES ET DISSERTATIONES

AD

AUCTORES VETERES GRAECOS ET LATINOS

Voluminis ſecundi Faſciculus primus.

COLLEGIT ET EDIDIT

D. FERDINANDUS STOSCH.



LEMGOVIAE,

in Officina Meyeriana MDCCLXXVII.



I.

ANONYMI SPICILEGIUM CONJECTURARUM CRITICARUM IN NOVUM TESTAMENTUM AD BOWYERII ET SCHULZII COLLECTIONEM.

Sectio prima.

Si non omnes hae observationes *conjecturarum*, stricto sensu sic dictarum, nomen mereri tibi, B. L. videantur: ipse facile animadvertes, eorum, qui in iis colligendis me praecesserunt, me sequutum fuisse morem.[a])

Ad

a) Ego vero, sacros me in programmate *de edendo Museo critico*, ab hoc opere tessellato non exclusisse auctores, admonitus, illas huic inserere eo minus dubitavi, quo verius *criticarum* nomen merentur. *F. St.*

Ad Matthaei Evangelium.

Cap. I. 1. Ἰησοῦ Χριστοῦ. Tantum abest, ut nomen Χριστοῦ cum *Millio* delendum existimem: ut potius, si res mei judicii esset, articulum τοῦ addi vellem. Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δ. non ut tantum pateret, eum hic innui, qui nunc Jesu, nunc Christi nomine simpliciter venire solet: sed, ut significaretur, illum Jesum se velle, qui Messias, filius David est. Qui praecipuus fuit *Matthaei* scopus. I. D. ab HOVEN *curae posteriores ad h. l.*

Cap. I. 11. Intende animum ad ellipsin alias non infrequentem, & verba in hanc formam converte: Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, τοὺς ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος γεγονότας, ut verba ἐπὶ τῆς μετοικεσίας referantur non ad remotius: ἐγέννησε, sed ad propius: τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. JOH. FLODER: *exerc. I. in Matth. evang. ejusque metaphr. Suecan.* p. 12.

Cap. I. 18. πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς. *Erasmiana* cum versione latina editio in forma octuplicata exhibet πρὶν ἦν. Vitium procul dubio est typographicum. Sed tamen analogiae Graecae non repugnat, tum periphrasis ἦν συνελθεῖν, *fiebat ut convenirent* (es geschah, ehe sie nähere Bekanntschaft mit einander machten,) tum conjunctio τοῦ πρὶν cum verbo finito. Quod utrumque qui non norit: eum id Lexica doceant. A.

Cap.

Cap. II. 18. Si vera esset conjectura ISEBR. EILHARDI HARKENROTH in *bibl. hist. theol. philol. Brem. class. V. fasc. VI.* p. 1095. urbem tribus Judae 1 *Sam. XXX.* 29. commemoratam esse intelligendam: legendum omnino foret ex punctatione Hebraica non Ραχήλ, sed Ραχάλ. Duriuscula sunt, quae ab h. l. conjicit rev. BACHIENE Histor. geogr. Beschr. von Palästina *P. II. vol.* 2. *p.* 42.

Cap. II. 23. ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται. Jambicum ex veteri cantico sacro versum esse, [quod alii in conjecturis habuerant] quasi jam in confesso esset, confidenter pronunciat HARENBERG *l. inf. cit.*

Cap. III. 16. Post τοῦ ὕδατος punctum pone, sicque separa a sequentibus. Illic desinunt, quae ad ipsum Christi baptismum pertinent. Deinde subjunguntur, quae gesta fuerunt, dum id ageretur, ut Christus baptismum susciperet. Vid. WOLF. in *curis* & FLODER. *diss.* X. p. 134.

Cap. V. 3. Ex sententia BAULACRII subjectum foret οἱ πτωχοὶ, praedicatum μακάριοι τῷ πνεύματι, *pauperes in spiritu*, aut *oculis spiritus considerati.* Vid. ELSNER *comment. crit. philol. ad h. l.* p. 120.

Cap. V. 19. μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων. Postrema vox, quoad sensum, pertinet ad μίαν, ut idem sit, ac: μίαν τὴν ἐλαχίστην τῶν ἐντολῶν τούτων. ALBERTI & KYPKE.

Cap. V. 36. FRITSCHIUS in *critica Heumanniana ad h. l.* interpungendum putat: ὅτι οὐ δύνασαι μίαν τρίχα, λευκὴν ἢ μέλαιναν, ποιῆσαι. Du vermagst nicht ein einiges Haar, es sey weiß oder schwarz, zu machen.

Cap. VII. 12. πάντα - οὕτω. Quum πάντα nec cum ποιῶσιν, nec cum ποιεῖτε conjungi queat: subaudiendum est κατά. ELSNER *l. c.* p. 209.

Cap. VII. 14. Lectionem τί pro ὅτι ex Mſ. Vindobonensi etiam ostendit HERM. TRESCHO in *tentam. descript, &c.* Nec displicere multum potest. Orationem non reddit hiulcam, sed elegantiorem: *quam angusta est porta!* seqq. A.

Cap. IX. 6. Sublata parenthesi, post vocem ἁμαρτίας punctum pono & verto: *Scitote vero, quod potestatem habeat filius hominis, peccata remittendi in terra.* Sic eleganter flueret in nova propositione comma sequens: *deinde dixit paralytico.* KYPKE.

Cap. IX. 36. Eodem TRESCHOVIO teste, quinque codices Vindobonenses habent: ἐσκυλμένοι pro ἐκλελυμένοι. Vid. etiam BENGEL. & DRESIG diss. *de vera notione verbi σκύλλω in N. T.* §. 27.

Cap. X. 23. οὐ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραήλ. Estne praedictio ejus, quod futurum esset? an pergit servator in dandis mandatis?

τελέ-

τελέσητε imperandi modum hic habet. GROTIUS, HEUMANN, CHRYSANDER *de procrastinatione excidii Hieros.* p. 50.

Cap. XI. XII. Unum volumen membranaceum olim complexum fuisse videtur haec capita, quae librarius primae aetatis collocare debuerat ante *Matth. IX.* 28. Consule ordinem chronologicum, quem servant & exhibent, MARCUS atque LUCAS, si qua tuo animo insedit dubitandi ansa. HARENBERG *de pericopis bibl. recte ordinandis* in *bibl. Brem. nova T. II. fasc. II.* p. 224.

Cap. XI. 19. ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς. Legendum ἔργων, conspirante *Syro* & codice LAMBECII, TRESCHO l. c.

Cap. XII. 43. 44. 45. Ad quos pertinet haec oratio? Ad Pharisaeos, si audire vis JUST. CHRISTOPH. KRAFFTIUM Abhandlung über verschiedene Stellen der heiligen Schrift p. 2.

Cap. XIV. 2. οὗτος ἐστιν Ἰωάννης. λ. Serione? an ironice? Posterius contendit OEDERUS *animadv. sacr. N. XIII.*

Cap. XV. 5. HOMBERGIUS in *parerg. sacr.* subintelligit *Korban esto!* GROTIUS καὶ abundare putat. Verba καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ etiam imperantium esse, atque verti possent: *Et* (scilicet ἀπὸ τοῦ κοινοῦ: λέγετε, *dicitis*) *ne honoret patrem aut matrem.* ELSNER.

Cap. XV. 6. Post καὶ subaudi οὕτω *Ibid.*

Cap. XVII. 6. Transponenda, saltem sic intelligenda *sunt*: ἐφοβήθησαν σφόδρα καὶ ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν. Terror enim causa erat, quod prociderent. *A.*

Cap. XVII. 20. ἐὰν ἔχητε. λ. coll. *Luc.* XVII. 6. OEDERUS *obs. sacr. cap.* 36. interrogative capiendum contendit.

Cap. XIX. 4. Divelle: ὁ ποιήσας *creator* — ἀπ' ἀρχῆς ἐποίησεν. JOH. MEYER *uxor Christ. cap.* 2.

Cap. XX. 22. οὐκ οἴδατε. An divulsim? οἴδα -- τε. *A.*

Cap. XX. 28. Insigne versionis Italae additamentum hic commemorandum fuisset, quum alia ejusmodi adnotare soleat cl. SCHULZIUS. vid. ELSNER.

Cap. XXI. 7. καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω αὐτῶν. Ante αὐτῶν subintelligendum esse ἑνὸς conjicit KREBSIUS *obs. in N. T. ex Josepho* p. 45. eumque loquendi usum (exemplis tamen non satis congruis) probare nititur. *A.*

Cap. XXI. 35. ὃν μὲν ἔδειραν legendum ἔδηραν, ut sit a δαίρω. CAMERARIUS. Sed vid. KYPKE.

Cap. XXII. 39. Quum δευτέρα ponatur sine articulo: non est reddendum germanice: *das andere* sed: *ein anderes*, ELSNER.

Cap. XXIII. 8. Vid. *eund.* ad καθηγητης, ut & ad vs. 13. 14.

Cap.

Cap. XXIII. 25. ἐξ ἁρπαγῆς. Conjunctim ἐξαρπαγῆς ABRESCH *annot. ad N. T. v.* 37. referasse ad οἶκον v. 38. Vid. ELSNER.

Cap. XXIII. 26. τὸ ἔντος - ἔκτος. Lectionem ἔξω tuetur PALAIRETUS in *nova bibl. Brem. class. III. fasc.* 6. p. 456.

Cap. XXIV. 15. ὁ ἀναγινώσκων, νοείτω. Christine? an MATTHAEI haec verba sunt? Vid. ELSN.

Cap. XXV. 9. μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν. Μήποτε absolute est positum & punctum requirit. *Nequaquam. Non satis foret nobis vobisque.* Vid. *ibid.* p. 227.

Cap. XXV. 29. τῷ γὰρ ἔχοντι παντὶ δοθήσεται. Praeter rem intrusum esse videtur τό: παντί. Saltem abesse omnino potest. *A.*

Cap. XXVI. 2. καὶ ὁ υἱὸς λ. Post καί adde, aut saltem subintellige: τότε. ABRESCH. *lect. Aristaen* & p. 51. ELSNER. p. 240.

Cap. XXVI. 26. καὶ εὐλογήσας ἔκλασε. Collato LUCA rectius se habet lectio: εὐχαριστήσας, cum qua & quinque codices Vindobonenses a TRESCHOVIO collati conspirant.

Cap. XXVII. 9. Posset ad faciliorem commemorationem *Zachariae*, ellipsis statui τοῦ καί, ut sit: διὰ Ἱερεμίου (καὶ) τοῦ προφήτου, *per Jeremiam & prophetam*, alium scilicet. ELSNER p. 305. & in *nov. miscel. Lips.* vol. 6.

ζ & ι saepe interl'se permutantur, ut Ζάσου pro Ἰησοῦ. Lectio Ζαχαρίου pro Ἱερεμίου praeferenda *obs. crit. Amst. vol. II. Tom. II.* p. 287.

Cap. XXVII. 16. Βαῤῥαββᾶν vel Βαῤῥαβᾶν vel Βαραβᾶν Varie enim scribitur. Postremam scriptionem elige; sed lege divulsim Βαρ Αβᾶν. ELSNER. p. 310.

Cap. XXVII. 46. ἵνατί ἐγκατέλιπές με. Quid legere, aut quid in mentem venire potuerit *Katsio* Belgice vertenti: *verbeerlykt*, non divino? A.

Cap. XXVIII. 1. ὀψὲ δὲ σαββάτων. Ad praecedens caput referri etiam cupiunt ELSNER p. 365. & VENTZKY *pentad. IV. obs. philol.* Ille objectionem a cl. SCHULZIO commemoratam satis recte refellit. Conf. & KREBSIUM. p. 74.

Cap. XXVIII. 2. 3. 4. Respicitur hic parenthetice ad praemittenda hunc in modum. Et ecce! commotio facta fuerat magna. Angelus enim Domini, qui descenderat ex coelo, accesserat & devolverat lapidem illum, de quo dictum XXVII. 66. *ab ostio* conditorii, *& sedem ceperat* ad terrendos custodes, *super* eo lapide. *Erat autem aspectus ejus instar fulguris & vestis ejus alba prope instar nivis. Qui* sepulcrum *custodiebant ex metu*, quem aspectus angeli ferebat, *adeo quassati fuerant & perterrefacti, ut evaderent pene mortui.* Quibus narratis, quae praemittenda erant, oratio

do ad mulieres redit, quae nihil norant de custodibus conditorio adpositis & de sigillo impresso. Quum mulieres deliberarent ante introitum propiorem, Maria Magdalena recedere coepit. Redit ipsa paulo post. Viderunt mulier utraque duos angelos stantes, quorum unus, eos adlocutus fuit, simulac consedit uterque. Compellationis formula erat haec: *Ne territae estote vos* (v. 5) *&c.* HARENBERG *biblioth. nov. Brem. class. II. fasc.* 2. p. 256.

Cap. XXVIII. 20. Voculam ἀμήν, quam ab ipso MATTHAEO profectam putat ELSNERUS, complures omittunt codices apud WETSTENIUM. Neque LUTHERUS in sua versione illam admisit. Neque ad praecedentem Christi sermonem satis apta videtur. A.

Ad Evangelium Marci.

Cap. I. 1. Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Miror omnino, SCHULZIUM omisisse, quod CLERICUS *in notis ad* HAMMOND. haec verba totius libri inscriptionem esse conjecerit. Mera certe est conjectura & a conjecturarum compilatore non negligenda erat. A.

Cap. I. 2. ἐν τοῖς προφήταις. Non quidam, ut scribit ex aliis SCHULZIUS, sed complu-

plures & optimae notae codices, ut nominatus ab ipso WETSTENIUS docet, cum VULGATIS legunt ἐν Ἡσαΐᾳ (per H non per E.) τῷ προφήτῃ. Abutantur *hac lectione docti quidam* in Romana ecclesia Zelotae: vera posset esse haberique lectio, dummodo versiculus tertius secundo praeponeretur. A.

Cap. I. 4. Cohaeret hic versus cum secundo, estque hujus apodosis. *Quemadmodum scriptum in prophetis: sic venit Johannes baptista*; ut implementum prophetiis accurate responderit. ELSNER.

Cap. I. 27. Interrogationis ego notam post illas, τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη; figerem, in commatis fine eandem tollerem & verba ὅτι κατ' ἐξουσίαν κ. τ. λ. simpliciter omisso ὅτι redderem: *per potestatem etiam spiritibus immundis imperat*; *& auscultant ipsi.* Duplex enim re vera effatum est: Alterum: *quaenam nova haec doctrina?* respiciens nempe ad comma 21. 22. Alterum: *Spiritibus etiam immundis per potestatem imperat* ad comm. 23 - 26. referendum. SCHACHT *bibl. Brem. nov. class. II. fasc. IV.* p. 481.

Cap. II. 15. ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ. Non certe, ut in cathedra quadam a Magistello exponebatur, Levis in domo Jesu; sed Jesus in Domo Levi. Cf. modo *Luc. V.* 29. καὶ ἐποίησε δοχὴν μεγάλην ὁ Λευῒς αὐτῷ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ. Ut alia taceam. A.

Cap.

Cap. II. 26. ἐπὶ Ἀβιάθαρ. Iis, quorum sententias adfert SCHULZIUS, addi meretur ELSNERUS, qui conjecturam subjicit, fieri potuisse, ut Ahimelechus ob vitium aliquod corporis abdicare se pontificatu debuerit. Vid. quoque omnino HARENBERG *bibl. Brem. nov. class.* III. fasc. 2. p. 285.

Cap. III. 17. Βοανεργές. Ex בן olim scripto באן & Galilaice pronunciato BOAN & הרג *occidere* & אש quasi: *igne interficientes filii.* HARDUINUS.

Cap. III. 21. ὅτι ἐξέστη. Ad Jesum pertinet, non ad turbam. Interpretationibus a SCHULZIO adlatis, adde omnino ELSNERUM *ad h. l.*

Cap. III. 26. καὶ addi, saltem in mente retineri debet: οὕτως *Atque sic si &c.* A.

Cap. IV. 2. καὶ ἐδίδασκεν λ. Trajectionem agnosco & construo: καὶ ἐδίδασκεν αὐτοὺς καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς πολλὰ ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ ἐν παραβολαῖς. A.

Cap. IV. 13. BEZA conjiciebat, ὅπου referendum ad οὗτοι. Sed rectius ad ὁδὸν referri, docet ELSNER.

Cap. V. 7. ὁρκίζω σε τὸν Θεόν. Et quis ὁρκίζει? sive *adjurare* reddas, sive *obsecrare*. Daemoniacus ne? an daemon ipse? Hoc quis aliter ac divinando adsequetur? Putem ego: prior. Hic enim erat qui torquebatur.

Deinde

Deinde pro βασανίσῃς legere mallem βασανίσῃ. Contendit nimirum miser ille a Jesu: velit per potentiam suam efficere, ut malus ille daemon non amplius illum excruciet. Hisque ejus precibus locum concedit sospitator beneficentissimus. Praecipit enim *vs.* 8. daemoni: *egredere ex homine isto.* ὁρκίζω σε τὸν Θεόν. Ellipticae jurisjurandi formulae usum & exempla quis ignorare potest? Sed in exemplis in N. T. occurrentibus res plana est *Act. XIX.* 13. ὁρκίζομεν ὑμᾶς τὸν Ἰησοῦν & I *Thess. V.* 27. ὁρκίζω ὑμᾶς τὸν Κύριον. Hic non aeque. Sed σε τὸν Θεὸν per adpositionem capi potest: *te, qui deus es.* Certe adoraverat obsessus Jesum *vs.* 6. Judicent alii. A.

Cap. V. 26. καὶ πολλὰ παθοῦσα ὑπὸ πολλῶν ἰατρῶν. Vidit jam aliquid BEZA. Quid, scribit, *potuit pati a medicis, nisi forte quis dicat, eum secatum vel ustum fuisse? quod non probabile est.* Sed post παθοῦσα comma ponamus, post ἰατρῶν vero tollamus, jamque vertamus: *quum multa esset perpessa, prae multis etiam medicis sua omnia impendisset.* A.

Cap. V 39. τί θορυβεῖσθε καὶ κλαίετε; τὸ παιδίον. Posset etiam distingui τί θορυβεῖσθε καὶ κλαίετε τὸ παιδίον; οὐκ ἀπέθανε. A.

Cap. VI. 37. Est respondentium & voluntati Christi obsequentium: dare se tot hominibus quod edant, non posse, nisi abeant & emant panes, quandoquidem populus abire non deberet. *Nos abeamus & emamus*, aut:

nobis igitur abeundum & vel ducentis denariis emendum &c: Sic VULGATA sequutus solus, quantum scio, ELSNERUS *comment. ad. h. l.*

Cap. VII. 2. *ἐμέμψαντο.* Male hic omnino MILLIUS in proleg ita: *ἐμέμψαντο importune injecit quispiam in textum ad absolvendam sententiam, quae prius satis erat perfecta.* Contra vero imperfecta est sententia, sine illo verbo, ut facile apparet. Cl. BENGELIUS agnoscit in *gnomone*, locutionem esse pendentem, sed addit, MILLIUM secutus, *qua non observata, post ἄρτους inseruere nonnulli ἐμέμψαντο: atqui tota*, pergit, *periodus per parenthesin dilatata, sustinetur verbo ἐπερωτῶσιν, fitque connexio* h. l. *ἔπειτα.* Verum tam longa & incommoda parenthesi nihil hic opus est. *ἔπειτα* novam periodum inchoat, & Pharisaeos, interrogatione sua ad Christum conversa, indignationem prodidisse significat, quam adhuc in animo conditam tenuerant, nec sic manifestaverant, idque est *ἐμέμψαντο, vituperabant, vitio vertebant, indignabantur,* ut GROTIUS recte &c. ELSNER p. 120.

Cap. VII. 4. *καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς.* *Non opus est, cum paucis quibusdam codicibus post ἀγορᾶς in textum recipere: ὅταν ἔλθωσι; quod ab elegantis Graecismi ignaris additum.* Judicium est ELSNERI exemplis id comprobantis. Editor autem ejus subintelligi mallet: *φέροντες τὶ*, carnes, olera, pepones &c. quae a foro

domum asportata, lavari soleant. ἐὰν μὴ βαπτίσωνται active reddit, jubetque observare, manuum lotionem *vs.* 3. jam commemoratam fuisse & descriptam: ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται; atque adeo de aliarum rerum lotione hic omnino esse cogitandum.

Cap. VII. 9. καλῶς λ. Addas eundem. Nec puncto opus est post καλῶς, nec interrogatione. Est vera ironia, & sponte fluit integra oratio. JORK *de ironia* §. p. 25.

Cap. VII. 34. Ἐφφαθὰ est imperativus Hebraeus הפתח. ה graece non exprimitur, Chireck transit in ει פ duplex ob dagesch in duplex φ, pro Tzeri sub ת ob sequens ח est patach, & Cheth omittitur, Graece vix reddendum distinctius. IDEM, ad MONTEFALCONII disquisitionem: *quomodo veteres Hebraice legerint?* Hexaplis Origenianis subjectam provocans. Videatur etiam Lexicon SIMONIS.

Cap. VII. 36. ὅσον VULGATA vertunt: *quanto.* Lectumne ergo fortassis fuit ὅσῳ? A.

Cap. VIII. 1. παμπόλλου. Non possum, quin hic moneam, satis superque declarasse ELSNERUM, quam inania sint, quae ex MILLIO & VALKENAARIO, nude nimium, adfert SCHULZIUS.

Cap. VIII. 10. Δαλμανουθά. מאן - עתיא - דל *pauper nolens iniquitatem.* HARDUINUS.

Cap. VIII. 12. Τί ἡ γένεα αὕτη. Ego quoque duplicem praefero interrogationem, sed ita: *Quid vult haec generatio? Miraculum quaerit?* A.

Εἰ δοθήσεται. λ. Aposiopesin esse, non tam conjicit, quam probat, SCHLOSSERUS in *bibl. misc. Hamb. Tom. III. P. I. p.* 21. & seqq. quam & ELSNERI editor agnoscit *p.* 140. vertens: *quum dabitur huic aetati* seu *nationi signum*, scilicet: non tamen credent.

Cap. VIII. 18. Καὶ οὐ μνημονεύετε; contra non tam conjecturam, quam sententiam, a SCHULZIO adlatam vid. iterum ELSNER.

Cap. IX. 12. Καὶ πῶς. Alii καθῶς, quod rectum putem; uti mox de Johanne. Si tamen prius retinendum: admitto interrogationem ab OEDERO & ABRESCHIO ad h. l. commendatam. Vid. *ibid. p.* 151.

Cap. IX. 20. Καὶ ἰδὼν αὐτόν. Ad aegrotum pertinet, praecedente αὐτὸν indicatum & καὶ vertendum: *qui*, ut modo *vs.* 18. &c. *ibid. p.* 155.

Cap. IX. 23. τὸ εἰ δύνασαι. Τὸ expunctum cupiebat CLERICUS. Contra quem vid. *ibid. p.* 156.

Cap. IX. 49. πᾶς γὰρ πυρὶ ἀλισθήσεται. Pro πᾶς lege πῶς. JABLONSKI & KELLINGHUSEN. Vid. *ibid.*

Cap. X. 17. καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ εἰς ὁδὸν. εἰς ὁδὸν cum sequentibus conjungendum vertendumque: *in viam occurrit* aut *in via*, in qua erat, quamque tenebat Jesus. *ibid. p.* 172.

Cap. X. 21. Fortasse dixit: καλῶς εἶπας, uti Samaritanae illi *Joh. IV.* 12. aut ὀρθῶς ἀπεκρίθης *Luc. X.* 28. ut & *VII.* 13. *ibid. p.* 174.

Cap. X. 29. ἢ γυναῖκα hic additum ab aliquo ex *Matthaeo* & *Luca* putavit ERASMUS. Sed vid. *ibid. p.* 176.

Cap. X. 30. μετὰ διωγμῶν. J. H. MAJUS *obs. s. L. I. p.* 7. & HARENBERGIUS in *bibliotheca Hagana class. II. fasc.* 2. interrogative sumunt: *nonne enim erat tempus ficuum?* ABRESCH de loco opportuno explicat. A.

Cap. XI. 24. πιστεύετε, ὅτι λαμβάνετε· καὶ ἔσται ὑμῖν. Posset etiam sic distingui: πιστεύετε. *Credite.* ὅτι λαμβάνετε καὶ ἔσται ὑμῖν. *Nam accipitis & vestrum erit manebitque.* A.

Cap. XII. 4. λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν. In codicibus nonnullis deest λιθοβολήσαντες, quod etiam *vulgata* non expressit. Alios etiam codices MILLIUS citat. Sed non modo plures codices illam lectionem exhibent, verum etiam necessaria esse videtur ad sensum sequentis verbi ἐκεφαλαίωσαν. *Matthaeus* etiam praefert *Cap. XXI.* 35. ELSNER.

Cap. XIII. 2. βλέπεις ταύτας τὰς μεγάλας οἰκοδομάς. Orationem non interrogativam

vam, sed directam esse contendit ABRESCH. *adnot. ad h. l. & lect. Thucyd. p.* 104.

Cap. XIII. 34. Multa hic deesse BEZA putat explendae sententiae & constructioni. Itaque initio commatis supplet. *Nam Filius hominis ita est, ut quispiam peregre abiens.* Sic & HEUPELIUS. Aliter ERASMUS SCHMIDIUS. Ita enim tunc fiet, *sicut fieri solet; quam quispiam &c.* Non opus esse video his ambagibus, & simpliciter vertendum: *Quemadmodum homo, aut aliquis &c.* & in fine commatis e re ipsa verbisque v. 31. & 32. subauditur: *de tempore autem & hora reditus nihil significat*, negotia & vigilantiam mandasse contentus, janitori praesertim, qui ex illo mandato Dominum quidem rediturum intelligere, sed horam scire non poterat, ergo semper vigilaret. Fere ita *Matth.* XXV. 14. ELSNER.

Cap. XIII. 35. οὐκ οἴδατε — — ἢ πρωΐ. Parenthesi hic plane non opus est. Omnia enim bene cohaerent. A.

Cap. XIV. 9. καὶ ἄλλος. Merito ἄλλος hic retinetur, quamvis nec *Syrus*, nec *Latinus*, nec *Arabs* agnoscant, GROTIO notante; qui interpretamentum esse putat. MILLIUS aliquem καθ' εἷς exposuisse in margine καὶ ἄλλος suspicatur; unde postea adjectum fuerit in contextum *prolegom. n.* 409. Sed codi-

 cibus

cibus invitis, *τὸ καὶ ἄλλος* merito praefixum est novae interrogationi: *μήτι ἔγω* &c. ELSNER.

Cap. XV. 8. Legunt nonnulli codices: *ἀναβὰς* pro *ἀναβοήσας*. Quos *vulgatus* sequutus vertit: *quum ascendisset turba* — — Forte, e compendio scripturae aut alio errore facili ex *ἀναβοήσας* factum est *ἀναβάς*. Vide MILLIUM. GROTIUS hinc immerito colligit, quaedam Marci evangelia ad Latinam versionem fuisse mutata. HARDUINUS autem praepostera festinatione *Vulgatum* legisse *putat. ἀναβήσας*; quod ERASMO etiam venerat in mentem. ELSNER.

Cap. XV. 34. Ἐλωΐ legendum Ἠλεὶ GROTIUS. *Marcus* plene, *Matthaeus* contracte ut אלים pro אלהים. Vid. *idem.*

Cap. XVI. 17. 18. *σημεῖα δὲ λ.* Dignus est, qui de hac pericopa & additamento HIERONYMI legatur HARENBERGIUS *bibl. Brem. nov. class. II. fasc. 2. p. 25. & seqq.* *)

Ad

*) Quae ex Cl. GRIESBACHII libris hist. N. T. &c. afferri possent, ea SCHULZIO ipsi animadvertenda relinquo.

Ad Epistolam Paulli ad Romanos.

In his autores subinde tantum indicabo, ex quibus Cl. SCHULZIUS suam, si velit, conjecturarum farraginem locupletare, poterit.

Rom. I. 13. *seq.* CAR. SEGAAR obs. in *bibl. Brem. nov. class. V. fasc. I. p.* 102. 103.

Cap. III. 27. διὰ ποίου νόμου. MOSHEM. *praef. ad* BIDERMANNI *otia lit. T. I.*

Cap. IV. 1. ID. *ibid.* vs. 2. εἰ γὰρ Ἀβραὰμ interrogationem commendat.

Cap. IV. 12. τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον. Codicem TRESCHOVIUS Vindobonensem exhibere refert: τοῖς ἐκ περιτομῆς.

Cap. V. 12. ἐφ' ᾧ in ἐπεὶ ὂν mutatur in *Theological repository*, referentibus *novis litterariis Goetting.* 1772. *n.* 22.

Cap. IX. 3. Construendum videtur ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ χριστοῦ ἀνάθεμα εἶναι. Sume ἀπὸ in significatione τοῦ *post* satis frequenti. Christus primum fuerat ἀνάθεμα. Alterum Paullus fieri se, optat A.

Cap. IX. 6. Addendus erat SEMLER ὁ ὢν λ. divellens a subjecto Χριστὸς.

Cap. IX. 10. Sequor lubens, in quam & ipſe incideram, HERZOGII apud WOLFIUM interpunctionem, & ſublato poſt nomen ῥεβέκκα commate, lego οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ῥεβέκκα ἐξ ἑνὸς λ. In adjectivo ἑνὸς ſubintelligo ſubſtantivum ὑιοῦ (vel; quod JOSEPHUS *antiqu. Jud. L. I. Cap.* 18. de Jacobo patriarcha adhibet, παιδίου) quod in oratione Paulli tum proxime praeceſſerat, *vs.* 8 9. tum *vs.* 11. iterum ſubaudiendum eſt. Jam vero quid Rebecca ex uno filio? Adſtipulor VATABLO ad *h. l.* ſupplenti: *promiſſionem*, aut, quod malim: *ſermonem hunc promiſſionis habuit.* Hunc enim promiſſionis ſermonem Sarae factum modo apoſtolus commemoraverat, & hunc eundem Rebeccae non minus adplicat. Jam olim IRENAEUS *adv. haeres. L. IV. c.* 38. ſupplevit: *a verbo reſponſum accepit.* Sic diſſerebam Lingae 1757. *in conject. & conlect. faſc. VI. p.* 5. F. ST.


Cap. XI. 4. τῇ Βαάλ. *Obſ. crit. Amſtel. vol. X. Tom. III. p.* 325.

Cap. XII. 10. *Muſeum Helvet. partic. VI. p.* 253.

Cap. XIV. 3. ABRESCH. *dilucid. Thucyd. p.* 252.

Cap. XVI 22. ἐγὼ Τέρτιος. Propriumne? an adpellativum? Versio Germanica ad vulgatam composita Augustae Vindel. MDVII. reddit, ich selbst dritt grüße euch.

Cap. XVI. 24. ad fin. plane non habent quinque codices Vindobonenses, teste TRESCHOVIO.



II.

JOH. DAN. AB HOVEN

S. R. M. BORUSS. A CONSIL. CONSIST. ET HODIE IN CIVIT. CAMPENSI LITERARUM PROF. ORD.

SPECIMEN

ADNOT. AD TERTULLIANI APOLOGETICUM.

TERTULLIANUM in multis adhuc manum medicam desiderare, fatentur docti fere omnes; opem vero ei ferre plerique detrectant, quia Msstis codicibus destituiti conjecturas ingenii rejiciunt & unico ex libris medealam desiderant. Sed multorum Codicum instar est ipse Tertullianus, ejusque diligens & frequens lectio. Non enim is est Tertullianus, quem vix evolutum explices & emendes, sed probe & repetitis vicibus qui legerit, is optimus erit medicus.

Faciamus periculum, ut pateat, quam male meriti de eo ſint, qui multum meruiſſe putant. Hos inter cumprimis HAVERCAMPIUM & HEUMANNUM, viros caeterum doctiſſimos, numeramus & exemplis probatum, ni fallor, dabimus.

APOL. c. 1. *In ipſo vertice civitatis.* Nugatur HAVERC., quando Carthaginem & Burſam ſignificari cenſet. Immo vero caput imperii, vertex ille orbis terrarum intelligitur. Civitas enim hic non urbem: ſed populum Romanum ſignificat, ut infra: *obſeſſam vociferantur civitatem*, quam mox ipſe interpretatur per *agros*, *caſtella*, *ſexus*, *aetatem*, *conditionem & dignitatem totius populi. conf. infra c.* 37. Sic etiam CAESAR & TACITUS ſexcenties *civitatem* dixere totum populum. Adde J. GOTHOFREDUM ad TERTULL. *L. I. ad Nat. C.* 1. *p.* 66. Hunc verticem SIDONIUS APOLLIN. *verticem mundi*, appellat. Procul dubio hic vero *Senatum Rom.* verticem civitatis dixit, quippe qui toties, totiesque Romanos ſenatores & praeſides alloquitur. Vid. ex. gr. *C. VI.* & hinc EUSEB. *L. V. H. E. c.* 5. Apologeticum ad ſenatum Rom. ſcripſiſſe, ſcite conjecit. Hujus enim res erat, leges veteres & iniquas ruſcare & caedere & repurgare, non Carthaginenſium aut praeſidum hae erant partes.

Mox

Mox: *domesticis judiciis.* Ec quae illa? Publica & privata novimus: at domestica praeter patrum familias nescimus. Ast num illa domestica judicia, quae civitas parum curabat, obstruere poterant defensionem? Non puto. Repone ergo haud cunctanter e *Fuld. Ms.* & PAMELIO JUNIO, aliisque viris doctioribus: *indiciis*; de quibus *C. VII. Tot hostes ejus, quot extranei; & quidem proximi ex aemulatione Judaei; ex concussione milites; ex natura ipsi etiam domestici nostri &c.* De his domesticis indiciis videatur EUSEB. *L.V. H.E.C.*1. Lege ergo etiam *ad Nation. l. C. VII.* Ergo domesticorum curiositas furata est per rimulas? Quid? cum domestici eos vobis produnt, (& omnino a nullis magis prodimur) quanto magis (si atrocitas tanta sit, quae justitia indignationis omnem familiaritatis fidem rumpit, nec potuerit continere, quod horruit mens, quod expavit oculus) hoc quoque mirum, si & ille, qui tanto *impatientiae jure prosiluit, deferre, non & probare gestit; & ille qui audiit, non & videre curavit.* Quae emendaverimus, (haud pauca equidem) ex collatione patescet.

Mox: *operata sectae hujus infestatio, obstruit defensioni.* Mallem: *properata* s. h. i. *os obstruit d.* ut *Fuld. Ms.* sequitur enim: *liceat - occulta via tacitarum literarum.* Quae HAVERCAMPIUS hic adtulit, subduxit JUNIO, quem passim rodit, ne fraus pateat.

Deni-

Denique: *An hoc magis;* pro *Annon.* Vid. doct. CANNEGIETER *ad* AVIEN. *fab. VI. p.* 50. Viciffim *non* pro *nonne*; infra C. *IV. p.* 49. Conf. ARNTZEN. ad PLIN. *Paneg. C. X. & XIV.* Sequitur enim: *Nonne & vos q.* & iterum: *Nonne vanissimas papias leges.*

Paulo poft *pag. 6. iniquitatis odii*, omnino probamus lectionem *Rhenani* in tertia: *iniquitatis, odium erga nomen Chr.* quam optimus *Cod. Fuld.* nec non PAM. & BARR. quoque repraefentant. HAVERC. vero iterum tacite fequitur JUN.

Mox pro *meretur* odium *Rhen.* 3. *etiamsi res mereretur od.* & pro *cognofcitur*, *Cod. Agob.* MERCERI, *agnofcitur* habet.

Pag. 12. *Sed amplius acquiratur.* Inepte ni fallor. Lege: *Anquiratur*, & conf. GRAEVIUM ad CICER. *de Offic.*

Mox pro *inquit. Rb. 3. Fuld.* & *Barr. inquiunt* habent, quod probavit JUN. utique non ex ignorantia, ut HAVERC. arguit. Mallem tamen: *inquitis*, ut nofter infra C. X. *XLI. XLVI.* & *L.* Et pro *performantur*, quod exhibet HAV. vel *praeformantur*, quod *Rb.* 3. *Pam.* & *Barr.* dederunt, omnino legendum *reformantur.* Non enim de prima performatione, aut praeformatione, fed *immutatione* & reformatione ad pejus, quae transfugae eft, agit. Sic *ad Nat. I. C. IV. Mulieri*

non

non permisit in melius reformari. Et infra C. *XXI. qua cognita ad bonum quis reformatur.* Sic passim, *adverf. Jud. C. II.* & *adverf. Hermog. C. XLIII.*

Tandem in fine hujus capitis legitur *naturalia mali*: sed *Rh. 3. naturam mali*; & noster *ad Nat. I. 1. Quod hoc malum est, in quo mali natura cessat. Mss. put. & LB. natura alia n. b.* HAVERC. vero e RIGALTIO sapit!

C. II. *Ejusdem noxietatis.* Codex *Agob. & LB.* nec non *Rhen. 3. ejusdem noxae* habent. Nec quaeritur, quid significantius, sed quid magis verum. Sequentia ita distingue: *cum alii dicuntur — — omnino damnari: sed Christianus &c. — Sed illud solum spectatur, — — non examinatio criminis. Quando &c.*

Ibid. *Consocios, socios*: inepte *consocios* anteponit. Lege *conscios, socios.* Sic etiam mox: *ad socios, ad conscios inquisitio usque extenditur*, ut *Rhenanus 3.* HERALDUS, RIGALTIUS, quem presso pede HAVERC. sequi solet. At hic de varietate illa nil γρυ. Ast ad priora illa suam lectionem tuetur loco ad *Nat. I. 2.* sed & ibi rectius: *porrigenda quaestio in socios, consocios.* JUNIUS vero hic minus scite *conscios socios*; quia *conscius* tantum adjective adhiberi credidit; in quo egregie fallitur, ut ad MINUCIUM σ. Θ. pluribus docebo. *Noster de pudicitia C. V. p. m. 719.*

quot

quot rivalitates defendam, quot custodes, quot delatores, quot conscios auferam.

Mox: *Atque invenimus.* Rhen. *atqui*; RIGALT: *atquin.* Sed haec non curabat summus HAVERC. Num in seq. pro *cum provinciam regeret*; legendum sit: *cum Bythiniam* 2. Tu vide, decerne.

Ibid. *ad confoederandam disciplinam.* Temere Boehmerus, at quantus vir! his verbis suam superstruxit disciplinam ex foedere; cui reclamat omnis antiquitas.

Mox: *ut Deo* PLINIUS: *quasi Deo*; quae Synonyma sunt. Conf. cl. ARNTZ ad PLIN. *paneg. p. m.* 10. Infra *C. XXXIX. p.* 335. *Provocatur in medium, Deo canere.*

Ibid. *Oblatos* vero. Male, minusque sedulo PLINIUM legit. Trajanus non quosvis oblatos puniendos censuit: sed si *arguerentur* scil: ut contra edictum ἑταιρίας fecisse. Et frigida plane exclamatio sequitur.

Mox: *usque ad confessionem*; adde *necessariis*, *quod Mst.* habent. Sequens *&* *jam* omisit RIGALT. Sed το *&* noster pro *sed* scripsisse videtur, ut graeci και, & Hebraei ו adversative saepius adhibent. In fine lege ex *Codd. Agob. LB. & Rhen. Christianus si nullius criminis nomine reus est, valde infestum; si solius nominis crimen est, valde ineptum.*



III.

MACROBII

COMMENTARIUS IN SOMNIUM SCIPIONIS CUM MEMBRANA VETERE *)

AD

EDITIONEM IAC. GRONOVII LUGD. BAT. 1670. 8.

COLLATUS

AB

JOH. FRED. CLOSSIO.

**) Elegantibus atque luculentis litteris exarata est haec membrana, forma, quam vocant, quarta, saeculo, quantum

*) Vides, B. L. in his lectionibus haud adeo paucas a vulgatis editionibus plus minusve discrepantes, quae docti cutive critici attentionem omnino merentur. Tales qui sunt, dignas illas mecum existimabunt, quae eorum oculos non effugiant.

F. St.

**) *Cum in Africam venissem -- -- -- orbesque conficiunt.* Reliqua desunt.

tum probabilibus argumentis colligere licet, minimum decimo tertio. Nulla praefixa est inscriptio, omniaque uno tenore usque ad finem libri primi, atque hinc usque ad finem secundi, scripta sunt, in quo haecq legun-tur verba: *Macrobii ambrosii commenta ex cice-rone in sopnium scipionis expliciunt.* Tum aver-so folio sequitur: *Incipit somnium scipionis quod Macrobius exponens ad eustachium filium suum duos edidit libros. In quibus subtiliter dis-seruit: de bono senectutis & de natura animae unius cujusque ejus ac virtutibus de diversitatibus etiam & nominibus somproiorum nec non & de na-tura numerorum & divisione de sideribus quoque & stellis & de numero & magnitudine caelestium circulorum de positione ac magnitudine caeli & terrae de magnitudine & defectu nec non cursu solis & lunae de VII. planetis & de armo-nia celi.*

Varietas scripturae

in

Ciceronis Somnio Scipionis.

M. Manilio consuli	*aulo manlio consule*
potius fuit	*fuit pocius*
in coelum	*ad celum*

 inquit

inquit	Om.
ita	*Itaque*
descendit	*discedit*
atque	*at*
viri	Om.
ultro	*ultroque*
regio apparatu	*apparatu regio*
fere	*sepe*
sermonesque	Om. *que*
pariant	*pariunt*
illa forma	*ea forma*
mibi	*nisi*
quam ex ipso	Om. *ex*
ut agnovi	*ubi cognovi*
omitte	*amitte*
populo R.	*rei p.*
tu oppugnandam	*oppugnandam tu*
cognomen	*cognitioni*
tibi	Om.
babes adbuc a nobis be-reditarium	*a nobis adbuc babes be-redita*
obieris	*abebis*
Asiam	Om.
deligere	*delegere*
bellumque	Om. *que*
Numantiam	Add. *que*
Capitolium invectus	*in Capitolium evectus*
offendes	*offendis*
perturbatam consiliis	*consiliis perturbatam*
ingenii consiliique	*ingeniique*
convertit	*converterit*
omnes	*omnis*

te socii

te socii	Om. *te*
exclamasset	*exclamavisset*
ingemuissentque ceteri vehementius	*ingeminassentque vehemencius ceteri*
leniter	*leviter*
quaeso	*& quaeso*
somno	*sompnio*
pax sit	*parum*
audite	*audire*
tutandum	*tutandam*
conservarint	*servaverint*
ac definitum	Om. *ac*
hunc mundum	Om. *hunc*
metu mortis	*mortis metu*
insidiarum	*insidiorum*
tamen	*jam*
ipse & Paulus	*paulus ipse*
arbitraremur	*esse arbitramur*
ii	*hii*
ex corporum	Om. *ex*
vero	*tamen*
atque osculans	*osculis*
quin	*quoniam*
ad vos	Om.
Nisi	Add. *enim cum*
conspicis	*vides*
corporis custodiis	*custodiis corporis*
potest	*poterit*
tuerentur	*venerentur*
circulos suos.	*circos globos*

Varietas scripturae
in
Macrobii Commentario.

pag. 1.

utrumque constituisse constat	*uterque constituit*
Eustathi	*eustachi*
vitae mihi pariter dulcedo	*mi vitae dulcedo pariter*
deberet	*debuit*
instituta	*constituta*

pag. 2.

a quodam	Add. *er.*
qui sit	*quis sit*
corporibus	*a corporibus*
adjecta	*bis adjecta*
sphaerarum	*vel sperarum*
dissimilia	*dissimillima*
commento tali	*tali commento*
tali somnio	*sompnio tali*
opus fuerit	*fuerit opus etiam*
quoque	*quove*
de caeli	*caelique*
videatur	*videatur.* Sed mutatum in *videtur*
nisi	*& nisi*
operi	*huic operi*
advertit	*advertit.* Sed mutatum in *animadvertit.*

infun-

infundendo	*infundendum*
hominum coetus	*cetus hominum*
inoculandum	*inoculendum*

pag. 3.

poterat oſtendi	*oſtendi poterat juſte*
animae immortalitate	*immortalitate animae*
abſolutis	*abſolutas.* Sed mutatum in *abſolutis*
deputata ſint	*deputata ſunt*
Phaedone	*phedrone.* Sic ſemper
propriae	*proprie*
diſtinctio	*diſtancia*
in Gorgia poſt peractam pro juſtitia diſputationem	*poſt peractam in gorgia diſputacione*) pro juſticia*
praecepit	*recepit*
animam poſt animal	*animal poſt corpus*
& unde	*vel unde*
ut	*uti*
minore	*minori*
ac negotio	*& negocio*
juſtitiae	Om.

pag. 4.

tractaverunt	*tractaverint*
Pamphylus	*Phamphilus*
acceptis	*receptis*
die demum	*demum die*
enuntiavit	*nunciavit*
ſomnii verba	*verba ſompnii*

*) Forte T. ut lineola, ſupra poſita non fuerit animadverſa.

pag. 5.

animatos constaret	*constaret animatos*
Dicemus	*Dicimus*
exercuisse levitatem	*levitatem exercuisse*
postremo	*postea*
quibus	Add. *quidem*
est	*sit*
vel contra Platonis	Om.
jaculatus est	Om. *est*
existimans	*estimans*
famosior &	Om.
etiam	*&*
reprehendit	*cavillatus est*
procedit sermo	*sermo procedit*
illam	*& illam vero*
persequemur	*persequimur*
supplodatur	*supplodetur*
confingi	*fingi*
habitum nos animarum	*animarum nos habitum*
scena	*scenam*

pag. 6.

cum	*dum*
Africani nostri	*nostri Affricani*
incusant	*accusant*
enuntiandis	*nunciandis*
arguens	Om.
ab se	*a se*
quaeve	*quae vero*
admittat	*admittit*
divisionum	*divisionis*

se Ar-

ſe Arbiter exercuit	Om. *ſe & exercuit*
fabularum genus	*genus fabularum*
nutricum cunas	*cunas nutricum*
virtutis	*virtutum*

pag. 7.

quidem fundatur	*fundatur quidem*
fabuloſa narratio	*narracio fabuloſa*
ut ſunt	Om. *ſunt*
Ex hac ergo	*Ergo ex hac*
rurſum	*rurſus*
modus reperitur	*reperitur modus*
componitur	Om.
di	*dii*
Coeli	*celii*
abſcindens	*abcidens*
maluerunt	*malunt*
& tecta	Om. *&*
figmenti genus	*genus figmenti*
fabuloſa	Add. *vel licita*
bis uti ſolent	*uti ſolent bis*

pag. 8.

dis	*diis*
τ' ἀγαθὸν	ελτατον
qui	Add. *&*
πρῶτον αἴτιον	Nκωεopater
ſe audet	*audet ſe*
quem	*quam*
νοῦν	*noym*
ἰδέαι	*ideae*

profectam	*perfectam*
loquuntur	*loquiturintur*
summo	*de summo*
ac	*&*
fabulosum penitus	*penitus fabulosum*
assignare	*asserere*
sermonem tantummodo, sed cogitationem quoque humanam superant	*tantummodo sermonem cogitationemque superant humanam*
τ' ἀγαθῶ	*tugaton*

pag. 9.

ausus est	*est ausus*
ab homine non posset	*non possit ab homine*
attollens	*adtollendi*
quod	Om.
dis	*diis.* Sic etiam paullo post
finxit	*fixit*
oblectent	*se oblectant*
ne	*nec*
nuda	*nudam*
se natura	*natura se*
Eleusinia	*eleusina*
visas	*viso*
Eleusinias	*eleusinas*

pag. 10.

ludere	*videre*
adyto	*aditu*

semper

semper ita se	*se semper*
ornatusque	*& ornatus*
atque	*&*
Timaeus	Add. *Platonis*
progenies eorum	*progeniem deorum*
observatio	*veterum observatio*
licentiam	*licencia*
sub definitionem ac regulam	*& sub diffinitione ac regula*
mitteret	*miserit*
eorum generi	*generi eorum somphiorum*
principales & diversitates & nomina	*principalitates & nomina & diversitates*
ὄνειρος	*eyp & ypωc*
Latini	Om.
ὅραμα	*ωpωma*
appellatur	*vocatur*
aut est χρηματισμὸς, *quod oraculum nuncupatur, aut est* ἐνύπνιον, *quod insomnium dicitur*	Om.

pag. 11.

Φάντασμα	*fantasma*
opus hoc	*hoc opus*
ἐνύπνιον	*nnypinyωn*
Φάνlασμα	*eancacova*
ἐνύπνιον	*nnyfibyωn*
dormienti. Animi; si	*dormienti animae. Si*

vel insidiis	Om. *vel*
imagine	*imaginatione*
effugisse	*diffugisse*
corporis	*corpore*

pag. 12.

ex abundantia	Om. *ex*
existimet	*estimet*
contra	*e contrario*
aestimat	*existimet*
quietem	Om.
nomen est	Om. *est*
hoc enim est	Om.
significationem	*significationes*
Falsa	Add. *enim*
vivorum regionem	*regionem vivorum*
di	*dii*
superi habemur	*superimus*

pag. 13.

sequuntur	Add. *semper*
Φάντασμα	*fantasma*
prima somni nebula	*sompnii nebula prima*
coepit	*incepit*
ἐφιάλτης	*epiaλ*ΘHC, & ab eadem manu supra scriptum *effialtes*
pondere suo pressos	*suo pondere oppressos*
in ingenium	Om. *in*
in somnis	*in sompniis*

eventu-

eventurum quid	*quid eventurum*
est autem	*autem est*

pag. 14.

visus sibi est	Om. *est*
suscipit	*suscipit.* Sed mutatum in *suscepit*
pecuniae tutelam	*tutelae pecuniam*
fidae	*fidei*
celanda	*celandam*
proprie	*proprium*
a nobis non	*non a nobis*

pag. 15.

aut commune	Om.
se quis	*quis se*
aliquid	*aliquis*
alienum	Add. *est*
vel theatro	*seu theatro*
triste vel laetum quid existimat	*laetum vel triste existimat quid*
omnesve	*omnisve*
vidisse se	*se vidisse*
& illa	*& tria illa*
omnes	*omnis*
species	Add. *quinque*
sacerdotio	*a sacerdotio*
illi narratae	*sibi narratae*
ipsius	Om.

pag.

pag. 16.

ſupera	*ſuperiora*
eſt commune	Om. *eſt.*
eſt publicum	Om. *eſt.*
interitum	Add. *ſompniavit.*
eſt generale	Om. *eſt.*
etiam	Om.
vel deſpiciendo	*deſpiciendoque*
de ſtatu civitatis ſomnia	*ſompnia de ſtatu civitatis*
inſtruendo	*inſtituendo*
ipſe	Om.
credendum	Add. *eſt.*

pag. 17.

ab re	*abs re*
nec dum	*non dum*
tunc fuerat	*fuerat tum*
publicam	*publicandam*
ſomnii	Om.
haec	Om.
dicit	Om.
non numquam	*noſtramque*
tendit	*intendit*
tamen non	*non cum*
naturae caligantis	*caligantis naturae*
in natura eſſe idem	*idem in natura eſſe*
aſſerit	*aſſeruit*
pervium ſit	*ſit pervium*
obtutum	*obtuitum*
corpus ita natura	*ita natura corpus*

pag.

pag. 18.

densatum	*densetum.* Adscripta est in margine glossa: *Densetum, quod natura densum: densatum, quod spissatur actu.*
ejusdem somnii	*sompnii ejusdem*
quam	*quod*
σκοπὸν	*cpoπoa*
hujus	Om.
bene	Om.
caelo reddi	*reddi in celo*
beatitatis perpetuitate	*perpetuitate beatitatis*

pag. 19.

in publico	*publio*
in interfecti	Om. *in*
remunerationem	*remuneratione*
locatus	Om.
post alia in haec verba	*in haec verba post alia*
desiderat	*desiderant*
viridiora	*viridiorum*
servata rectoribus	*rectoribus servata*
sicut	*sic*
conservarint	*conservaverint*
& definitum	Om. *&*
beati aevo sempiterno	*aevo sempiterno beati*
certum	Om.
qui sit	*quis sit*

pag. 20.

cum	*tum*
& propinquis	*& magna in propinquis*
jam	*cum*
vides	*tu vides*
galaxian	*galaxiam*
enim	Om.
ſibi eſſe videtur ſcipio	*ſcipio eſſe videbatur*
his verbis in principio	*in principio his verbis*
ſplendidiſſimo	*ſplendidiſſimus*
inter	*in*
loquemur	*loquimur*
habeatur	Om.
indicium	*judicium*
ab Epicureis	Om.
admiſceant, vel a quibus penitus excludant fabuloſa	*fabuloſa admiſceant, vel quibus penitus excludant*
neceſſario	*neceſſaria*

pag. 21.

diſtinximus	*deſcripſimus*
cur	*ſi*
convenerit	*conveniat*
ſibi	Om.
diſcutienda nobis ſunt	*ſunt nobis diſcutienda*
prima	*primam*
tractanda	*tractandam*
hi	*hii*
plenus alter altera de cauſa	*alter altera de cauſa plenus*

ſe tota

se tota	*tota se*
omnes	*omnis*
ne	*nunc*
remp. constituas oportet	*r. p. oportet constituas*
non frustra numeris assignat.	*numeris non frustra assignavit*
rebus supernisque non convenit	*superisque non convenit rebus*
sui sit	*sit sui*

pag. 22.

rursus efficiuntur	Om. *rursus*
aut corpus	*aut rursus corpus*
Totum	Add. *igitur*
obscuritatis deprecetur offensa	*deprecetur offensam obscuritatis*
quousque	*quo adusque*
dicetur	*dicitur*
conceperit terminum	*terminum conceperit*
ostendit	*offendit*
corporea	*corpora*
non pure	*nec pure*
natura ejus	*ejus natura*
hoc vocabulo	*in hoc vocabulo*
tametsi	*tamen & si*
grammas Graecia	*grecia grammas*

pag. 23.

vocantur	*nominantur*
geometricae	*geometrie*
Ergo haec	*Haec ergo*

sese

sese	*se*
planities	Add. *ejus*
longitudinis	*latitudinis*
latitudinis	*longitudinis*
una dimensio est	*dimensio est una*
est enim	*enim est*
ἐπιφάνειαν	*ephiphaniam*
alto caret	*sed caret alto*
quantis	*in quibus quantisque*
σἱερεὸν	*stereon*
cubus	*cubos*
quod exemplo sufficiet	*quidem exemplo sufficiat*
animadvertis	*animadvertas*
impositum	*positum*
quod stereon	*ctHPeov*
cubus	*cubos*
puncti locum	*vicem puncti*

pag. 24.

in duobus ordinibus bina per ordinem posita	*bina per ordinem posita in duobos ordinibus*
exprimunt	*exprimant*
quadri	*quadrimembrem*
diximus	*supra diximus*
superposita	*supposita*
Ipsam	Add. *vero*
tamen	*tam*
jam	*tam*
superiores	Add. *esse*
incorporalitatis in numeris	*in numeris incorporalitatis*
haec est	*hoc est*

illa

illa	Om.
efficiant	*efficiunt*
aut efficiantur	Om.
obtineant	*optinent*
ambigam	*ambigamus*
dicetur	*dicitur*
ſed et	Om. &
aptum eſſe	*eſſe aptum*
non dubium eſt	*non eſt dubium*
procedet	*procedit*
omnes	*omnis*
conſtat hic numerus	*hic numerus conſtat*
generantur	*generant*

pag. 25.

generant	*generantur*
plenius	*melius*
qui &	*& qui*
vero	*autem*
id eſt, bis bina bis	*hoc eſt, bis bina bis,*
ergo	*igitur*
aequalitate	*aequabilitate*
aequaliter	*aequabiliter*
arithmetica ratione	*ratione arithmetica*
quoque numerum	*numerum quoque*
tranſire ſine admiratione	*ſine ammiratione tranſire*
duo	*hi duo*
item	*ita*

pag. 26.

Arithmetici	*arithmeci*

& triplari	Haec bis *scripta* sunt.
alternatio	*altercatio*
ad efficiendam mundi animam iudicatos post auctorem potest esse perfectius numerorum omnium	*iudicatos ad efficiendam mundi animam potest esse perfectius post auctorem omnium numerorum*
& ante	*etiam ante*
conscia & testis	*testis conscia*
numerus suo	Om.

pag. 27.

de quibus	Add. *ipse*
duobus	*duo*
tribus & quatuor	*IIII. & III.*
μονὰς	Om.
non numerus	Add. *est*
finisque	*& finis*
eiusque	Om. *que*
nec	*neque*
in inferiore	Om. *in*
eam frustra	*frustra eam*
illa est	*est illa*
enata	*nata*
temporum	*temporis*
quoque aciem	*aciem quoque*
cogitationis	*cogitationes*
ad animam posse	*posse ad animam*
referri	*referi*
contagione	*cogitatione*
ac sibi debens	*debens ac sibi*

im-

immensitati	Om.
universitatis	*universitati*, littera *s* erasa
init tamen	*tamen init*
integra	*integram*
individua	*individuam*
continuationem potestatis	*potestatis continuationem*
quam se copia	*quantum copia se*
praecipue septenarii	*septenarii praecipue*

pag. 28.

nullum ex se	*ex se nullum*
intra	*inter*
coartetur	*collocetur*
infra decem sunt	*sunt inter X.*
sextam partem	*VI.*
et est	Om. *&*
faciat sermo	*sermo faciat*
eius officium	*officium eius*
persequemur	*prosequemur*
commemorato	*enumerato*
senarii tantum	*solum senarii*
pariter	Om.
certo	*certa*
modulamine	*modulatione*
quam breviter	*quod breviter*
parem	*& parem*
senarium numerum	Om. *numerum*
numeri	Om.
ducentos	Add. *dies*

pag. 29.

Ita	Om.
futuri partus	*partus futuri.* Supra scriptum est *vel sexus*
libata sint	*libata sunt*
quinque est	Om. *est*
dyas, quia	*dias, quae*
ἀπλανὴς	*applanes*
dum	*cum*
quinario numero	Om. *numero*
ceteras	*ceteros*
quod solus	*qui solus*
divinum corpus habeant	*habeant divinum corpus*
supera	*superna*
designat	Om.
species rerum	*rerum species*
omnium numerus	*numerus omnium*

pag. 30.

interiecta	Add. *una*
medietas ipsa	*ipsa medietas*
extima	*extrema*
sed etiam	Om. *etiam*
ergo	*igitur*
insolubili	*in dissolubili*
& per	Om. *&*
adhaereret	*adheret*
haec duo	*haec vero*
humectumque	*& humectum*
siccitate	Om.
connectitur	Add. *ei*

sibi

ſibi hinc inde amplectantur	*hinc ſibi inde, amplectatur*

pag. 31.

ut calido	*in calido*
habuiſſet	*habuiſſent*
quatuor vero	Om. *vero*
erit	*erat*
& viſum	Om. *&*
aliquid poſſe	*poſſe aliquid*
mundi omne corpus de igni & terra inſtituere	*omne corpus mundi inſtituere de igne & terra*
ſolum poſſe	*poſſe ſolum*
vinculis eſt	*eſt vinculis*
connecti	*necti*
occurrit	*cucurrit*
aequalitate	*equabilitate*

pag. 32.

inter aquam & aërem cauſa denſitatis	*inter aërem & aquam denſitatis cauſa*
inter aërem & aquam	*inter aquam & aërem*
hoc intereſt inter aquam & terram	*hoc eſt inter aquam & terram*
& ponderis	*vel ponderis*
tenuitatis levitatisque cauſa	*cauſa tenuitatis levitatisque*
inter aërem & aquam	*inter aquam & aërem*
& quod eſt	Om. *eſt.*
intelligitur	*intelligetur*

hec est aqua	Om. *est*
verteris	*vertes*
inter se sunt aequaliter	*aequaliter inter se sunt*
eo	Om.
dicta sint	*dicta sunt*
planitiem	Add. *esse*
ternarius	Add. *numerus*
septenario	*VII. numero*
rerum omnium fere	*fere omnium rerum*
patiantur	*patiuntur*
tribus	*a tribus*
ejicitur	*crescit*
tenore	*fenore*

pag. 33.

substantiae corpulentae	*corpulentae substantiae*
tres sunt dimensiones	*dimensitates tres sunt*
aër & ignis	Om. &
aqua usque ad	Om.
necessitas a Physicis dicitur	*vocatur necessitas a phisicis*
omnes	*omnis*
aquam & aërem	*aërem & aquam*
ἁρμονία	*armonia*
apta	*aperta*
coniunctionem	*coniunctione*
eorum interstitiis	*intersticiis eorum*
duo	Om.
quidem Pythagorei quem τετρακτὺν	*quem pitagorei tetrastin*

pag. 34.

religionem	*religione*
ἐν μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν.	Ογλλα *tona* Μθtepa.
Juro tibi per eum, qui dat animae nostrae quaternarium numerum	*Per qui nostrae animae numerum dedit esse quaternum.*
λογιστικὸν	*logisticon*
θυμικὸν	*timicon*
ἐπιθυμητικὸν	*epitimeicon*
sapientum	*sapiencium*
διὰ πασῶν	*diapason.* Sic semper.
duobus	*duabus*
διὰ τεσσάρων	*diatesseron.* Sic semper.
διὰ πέντε	*diapente.* Sic semper.
hemiolio	*emiolio.* Alibi autem adspirationem fere addit.
planius	*plenius*
terque	Om. *que*

pag. 35.

ἑπτὰς	*eptas*
enim	*haec*
vocitabatur	*nuncupabatur*
sicut	Add. &
ab eadem	Om.
fluxerunt	*fixerunt*
inde viginti septem	*deinde XXVII.*

& ex	Om. &
facta contextio	*parta contexio*
effecit	*efficit*
ergo	Om.
superioris	*superiori*
ab hoc incipiat	*ad hoc incipiet*
octo & viginti	*XXVIII.*
conficit	*efficit*
de duodecim	*ex XII.*
ab ipsius, ut ita dicam	*ut ita dicam, ab ipsius*
viginti octo	*XXVII.*
septem	*VIII.*
primam partem	*partem primam*
abscessit	*accessit*

pag. 36.

nec dum	*nec tum*
eam senserant	*senserant eum*
plus	*plusve*
rursus dicitur nasci	*dicitur nasci rursus*
continuo	*continue*
signi partem	*partem signi*
origo est	Om. *est*
hunc etiam	*hunc &*
orae	*horae*
per latum	*perlatum*
australe	*australem*
delabitur	*dilabitur*
conscendit	*descendit* A manu secunda *ascendit.*
ultimis	*& ultimis*

iisdem

isdem quater ſeptenis	*bis quaternis VII.*
et longitudinem	Om. &
circum perque	*circumquaque*
διχότομος	*dicothomos*
totum	Om.
διβότομος	*dicotomos*
phaſis	*faſis*
Graeci	Om.
& *cum*	Om. &
ἀμφίκυρτος	*amphicirtos*
eam plena	Add. *eſt*

pag. 37.

ac	& *hac*
dichotomos	*dicothomos*
amphicyrtos eſt autem	*amphicirtos autem eſt*
dichotomi eſt	Om. *eſt*
vitam omnia	*omnia vitam*
ſuas variat	*variat ſuas*
a ſolſtitio	Om. *a*
aeſtivum	Add. *ſolſticium*
ſigni peragratione	*peragratione ſigni*
producitur	*perducitur*
converſiones lucis aetheреae	*lucis ethereae converſiones*
tribus	Add. *generibus*
hi ſunt autem	Om. *autem*
humida eſt	Om. *eſt*
media autem	Om. *autem*
menſis per lunam ita ſit	*id eſt, menſis, ita per lunam ſit*
ſit hebdomas	*ebdomas ſit*

affolet	*folet*
ea iam	*eadem*
folis adfpectu	*afpectu folis*
ab ortu remota	*remota ab ortu*
Tertia vero converfio, quae eft diei fecundum ortum & occafum, ita difponitur	*Tertia fi converfio diei eft, quae ita fecundum ortum & occafum difponitur*

pag. 38.

in incremento	Om. *in*. Neque enim *in cremento*, ficut in MSS. Gronovianis, fed perfpicue *incremento* exaratum eft.
paulifper	Add. *quc*
videt eum	*eum videt*
& undecimus fit quarto par, tertio quoque duodecimus, & tertius decimus fit fimilis fecundo, quartus decimus primo	*XImus IIIIto, XIImus tercio, XIII. IIdo, XIIII. primo*
numerus eft	*eft numerus*
omnes	*omnis*
redeunte	Om.
praetereundum non eft	Om. *non*
intra	*inter*
in effufionem relapfum	*relapfum in effufionem*

pag. 39.

exteriore	*exteriori*
liquorem	*humorem*
deprehensum sit	Om. *sit.*
Hippocrates quoque ipse	*quoque Ipocrates quoque*
quam septimo	*quale septimo*
gravidam	Om.
enim	Om.
aitque	*atque*
qualem	*quale*
Caryſtius	*choriſtius*
fabricam hac observatione.	*hac observatione fabricam*
hebdomade	*ebdomada*
guttas	*guttam*
eas	*eam*
ipsa ſubſtantia	*ipſam ſubſtantiam*
lineamenta	*liniamenta*
hebdomade	*ebdomada*
nono menſe	*menſe nono*
ſiquidem	*ſi quidem*
hebdomade	*ebdomada*
dividi	*iam dividi*

pag. 40.

ſit praemortuum	*praemortuum ſit*
hunc enim	*enim hunc*
halitum	*alitum*
forte	Om.
& poſt	*ut poſt*
vertit	*vertat*

ſtat

stat firmiter	*firmiter stat*
sed &	Om. *&*
a natura	Om. *a*
apud quos	*aput ipsos*
septem sunt	*sunt septem*
tutela	*a tutela*
virile iam robur absolvitur	*in virile robur iam solvitur*
flore genas	*genas flore*
in longum crescendi	*crescendi in longum*
hebdomas	*ebdomada*
crescere	Om.
quinta	Add. *praebet*

pag. 41.

uni cuique	Om. *uni*
complet	Om.
se fortior	*fortior se*
ut	Add. *illi*
nihil	*nil.*
in incrementis	*incremento.* Sic perspicue scriptum est.
illo	*ad illud*
anni	Om.
occulta	*quae occulta*
remissio iusta	*iusta remissio*
numerus septem	*numerus septenarius*
perfecta & habetur	Erasa est vocula media
ἑπτάδι	*eptadi*
ut aut	*ut autem*
deni	*decem*

cre-

creditur |meta vivendi	*vivendi meta creditur*
hoc vitae humanae	*hic humanae vitae*
vacat	supra posterius *a* scripta est littera *e*.
ſingulis	*in ſingulis*. Sic eadem manus, quae *ſingulis* ſcripſerat, correxit.
totius	Om.
vocitantur	*vocantur*
& meatibus	*ac meatibus*
ſingulis	Add. *quaeque*
accipiendum	*recipiendum*. Sed eadem manus emendavit *accipiendum*.

pag. 42.

diſſiptum	*diſipton*
μεσέντερον	*meſenteron*
biram	*iram*
vocarunt	*appellaverunt*
praecipuum	*principium*
retrimenta	*detrimenta*
cum meatibus	*commeatibus*
cibi	*cibis*
ſunt quoque	*ergo ſunt*
ſeptem ſunt	*ſunt ſeptem*
humerus	*humerum*
ſimiliter nodi terni	*terni nodi ſimiliter*
miniſteria	*miſteria*
celebrantur officia	*officia celebrantur*

pag. 43.

quoque	Om.
ideo &	ideo quia
conſtitit	conſtat
bonorum omnium	omnium bonorum
octies	occies
amſractum ſolis & reditum annum vocans	anfractus ſolis & reditus vocans annum vocans
ſingulos	ſin ſingulos
mirantur	miratur
ſi effugeris	ſed ſi evaſeris
an non poſſit	Om. poſſit
alia ſunt	ſunt alia

pag. 44.

cavendumne, an	ve cavendum, aut
an vero	aut vero
inſinuari	inſinuare
ſoleat in divinationibus	in divinationibus ſoleat
nam illud	nam eſt illud
ſcire	Add. elenum
docemur	hoc docemur
praedicuntur	praedicentur
diligens ſcrutator	auditor diligens
impeditur	impediatur
ille velut	illud velut
aegreque	Om. que
num	Om.
vel ad vere vincendum, vel	Om.
potuiſſet	poſſet

prae-

praeceptio	*illa praeceptio*
at ille	*at illa*
quid	*quod*
producenda universitate	*universitate producenda*
progressus	Add. *est*
excepit	*accepit*
per omnia perfectionis	*perfectionis per omnia*

pag. 45.

locorum fuerat	*fuerat loca*
produxerant	*producant*
vox	*& vox*
hic certae	*hoc certe*
initio	*in inicio*
dicitur	*dicit*
similis	Om.
est visus	*visus est*
dum	*tum*
conservarint	*conservaverint*
in coelo definitum locum	*locum in celo finitum*

pag. 46.

earum	Add. *que*
post obitum speranda	*speranda post obitum.* Pro *obitum* antea fuerat scriptum *habitum.*
adeo a metu	*a metu.* Sed eadem manus rescripsit *adeo me*
erecta	*erepta*

mori-

moriendi desiderium	*desiderium moriendi*
hic tractandum	*tractandum hic*
resolvamus	*revolvamus*
faciunt virtutes	*virtutes faciunt*
quisquam via	*via quisquam*
existimant	*estimant*
nullis nisi	*solis*
acie	*& acie*
sagaci	*sagaciter*
perspicuitas praestat	*praestat perspicuitas*
officia sic	*sic officia*
Prudentiae	Add. *officium*
insunt	*sunt*
animae	*animi*
omnia relinquere, in quantum natura patitur	*in quantum natura patitur, omnia relinquere*
corporis	Add. *sui.*
beati	*beatos.* Sed ab eadem manu emendatum *beati.*
possint	*possunt*

pag. 47.

libro	*in libro*
vera & naturali	Om. *&.*
qua	*quia*
liberalitate	*libertate*
vel facere	*& facere*
arbitris providere	*providere arbitriis*
ratio, intellectus	*ratio & intellectus*

Forti-

Fortitudinis est	Om. *est*
periculi metum	*periculum metumque*
vel adversa	Om. *vel*
magnanimitatem	*magnamitatem*
appetere	Add. *est.*
legem moderationis	*moderacionis legem*
castitas	Add. *honestas.*

pag. 48.

sui	Add. *& suorum*
divina	Om.
a rerum publicarum	*ab rerump.*
se sequestrant	Om. *se*
existimaverunt	*estimaverunt*
purgati jam	Om. *jam*
& ab omni	Om. *&*
nihil sit aliud	*nil aliud sit*
reprimere	*deprimere*
cupiat nihil	*cupiat nil*
supera	*superna*
diximus	*dicimus*
νοῦν	*noym*
a quarum	*ab quarum*
omnes	*omnis*
in se	*in re*


pag. 49.

idem est	Om. *est*
mutatur	*movetur.* Sed secunda manus *mutatur*

praeter cetera	Add. *quae diximus*
in passionibus habent differentiam sui	*habent in passionibus sui differentiam*
scimus.	*sic dicamus*
cupiunt, gaudentque, dolentque.	*cupiuntque, dolentque, gaudentque*
igitur ex	*ergo & a*
fruantur	*fruuntur*
pressius	*expressius*
inquit	Om.
coetusque hominum	*hominum cetusque*
harum rectores	*rectores eorum*
servatores	*conservatores*
manare de coelo.	*de celo manare.*

Haec speciminis loco sufficiant.





IV.

V. C.

JANI DIACONI IN HORTIS
EPISTOLA
AD
EDITOREM
MISCELLANEA QUAEDAM CRITICA CONTINENS.

PLURIMUM VENERANDO F. STOSCHIO, AMICO ANTIQUISSIMO S.

Exigis a me pinguiorem messem mearum nugarum, quibus senectutem ingravescentem oblector; nosti enim: *senes bis pueri:* sed nosti etiam illud CALLIMACHI; *μεγα βιβλιον ισον ειναι τω μεγαλω κακω.* Numquam ergo a me impetrabis, ut ita delirem, usque quo millesima pagina surgat; nec tamen plane Tibi, amice optime! deesse,

falva amicitia licebit. En ergo fertum, fed male, an bene confertum, florumve male aut bene olentium fit, tui judicii res eft. Optime forfit cum eo actum erit, fi ocyus Vulcano tradas.

Initium faciamus a principe poetarum, in cujus editione principe, fummi fcil. BURMANNI, adhuc nonnulla fuperare, quae lucem falutemque defiderent; nuper fpecimine, haud plane forfit inepto docui. Age, idem illud nunc, iterumque volvamus dolium; lictor enim ille cenfurae jamjam abiit.

VIRGILIUS Georg. I. vf. 24-28.

Tuque adeo, quem mox quae fint habitura
Confilia incertum eft; urbisne invifere, Caefar!
Terrarum velis curam, & te maximus orbis
Auctorem frugum, tempeftatumque potentem
Accipiat.

Sic editi tantum non omnes: at ego nullus dubito, quin MARO fcripferit:

Tuque adeo, quem mox, quae fint habitura
Confilia *incertum eft*; orbisne *invifere, Caefar*,
Terrarumque velis curam, aut *te maximus orbis*
Auctorem frugum, tempeftatumque potentem
Accipiat.

Lego: quem mox, quae fint habitura *confilia*; quippe MARO haud negat Augu-
ftum

stum jam Deum praesentem esse, sed nescit, quae Deorum mox consilia ipsum sint habitura. Deos enim aeque ac judices in consilia distinguere solebant Romani, ut jam alibi occupavi. Adde VALER. FLACC. I. Argon. 213.

Aequoreos vocat, ecce, Deos Neptunus, & ingens
Consilium.

Non omnes utique Deos Neptunus vocare poterat, sed frequens *consilium*. CICERO *pro Domo*. *Quoniam plebi quoque urbanae majores nostri conventicula, & quasi* consilia quaedam *esse voluerunt*. *Mox* vero hic non paulo post, sed longe post, tandem, significat, plane ut *nuper* non semper idem est, ac paulo ante, proxime, sed multos ante annos significat; ut & *modo* de rebus, quae saeculum & amplius ante facta sunt. Vid. GRONOV. ad CIC. de Off. I. 21. & Freinsh. indicem Flori v. *nuper*.

Praeterea *orbisne*, pro *urbisne* scripsi, quod fere omnes editiones occupaverat, quia plerique V. D. ad figuram *hendyadis* animum haud advertebant. Vult utique incertum esse, num *orbis terrarum* invisendi curam suscipere velit *). Ab hac cura vero

 diversa

*) Attamen tacitus praeterire nolo, in antiqua mea (sine anno) editione CHRIST. LANDINI legi; *Orbesne invisere;* haud inepte. *Urbes* etiam multos habere codices, HEINS. & BURMAN. testantur.

diverſa erat frugum tempeſtatumque poteſtas, quae ad Jovem quidem, ſed & ad aliud conſilium pertinebat. Conf. *Otia* noſtra, Faſc. I. p. 55. & 56. ubi vero haud cunctanter Statii verba ita refinge:

Di, quibus audaces amor eſt ſervare carinas
Saevaque ventoſi mulcere pericula ponti,
Sternite molle fretum, placidumque advertite votis
Conſilium.

Vult ſcilicet conſilium Deorum marinorum, quibus imperium pelagi eſſe credebant, quosque poetae paſſim celebrant; de quibus etiam MARO mox pergit:

An Deus immenſi venias maris &c.

Venias dixit i. e. fieri velis, & accedas ultro, lubens, ad conſilium Deorum pelagi. Sic *venire*| ſaepius de eo adhibetur, quod quis ſponte, & libenter facit, & frequenter de amatis dicitur. Scite CLAUDIANUS ad imitationem noſtri, IV. Conſ. Honorii vſ. 647.

Quaenam tot divis veniet nurus, omnibus arvis,
Et toto dotanda mari.

Id vero haud voluit noſter, quod putabat SERVIUS, *utrumne pro Jove, aut Neptuno coli velit Caeſar,* quippe qui his conſiliis prae-

praeerant: ſed] cujus] conſilii acceſſio fieri velit, ideoque in plurali addit: *ac tua Numina ſola colant*, i. e. conſilii tui numina ſupra alios Deos vel maxime nautae colant, videſis infra vſ. 436. Non enim usque adeo inſanus vel Auguſtus fuit, ut ſupra omnes ſummosque Deos coli voluerit, qui ne *Domini quidem* nomen admiſit; vel Virgilius adeo abjectus adulator, ut hoc dicere voluerit. Sed pergamus tandem! Infra vſ. 312. legitur in editis:

Atque ubi jam breviorque dies, & mollior aeſtas.

Mallem *aeſtus*. Ita enim amat. Supra vſ. 297. & 298.

At rubicunda Ceres medio ſucciditur aeſtu,

Et medio toſtas aeſtu teret area fruges.

Iterumque L. III. vſ. 478. & 479.

Hic quondam morbo coeli, miſeranda coorta eſt

Tempeſtas, totoque autumni incanduit aeſtu.

Ex quo loco vir clar. MINUCII noſtri locum C. II. §. 4. ſollicitat, & pro *autumnitas* in *Feriis Dav.* p 234. *autumni aeſtus* ſcribere jubet. Sed metuo, ne praeter neceſſitatem. Autumnitas poſuit pro autumno: plane ut ARNOBIUS L. II. p. m. 96. *Quae ratio eſt, ut non ſuis aliquando reddantur menſibus*

sibus tempora, & serius hyems, serius aestas, atque autumnitas fiant. Aliter supra L. I. p. 12. ex more meliorum.

IBIDEM infra vs. 503. & 504. legitur.

> *Jam pridem nobis Coeli te regia, Caesar,*
> *Invidet, atque hominum queritur curare triumphos.*

Hi duo versus, nobis utique, valde suspecti, licet in omnibus editis legantur; quippe qui male cohaerent cum antecedentibus & consequentibus, & propterea parenthesi saltem includenda censemus. Praeterea frigidam spirant adulationem, Augusto minime placituram. Haud obscure enim significant, ei mortem imminere, ut Deus fiat. At maluit Augustus, adhuc juvenis, esse inter vivos, quam inter divos. Et quae haec querela, quod hominum curet triumphos, qui ipsum jam vivum Diis aequabant? Num Deorum etiam triumphi eum manebant? Iterumne cum Titanibus pugnare debuit? Sin per triumphos quosvis honores intelligas, hi ipsum tam vivum quam mortuum manebant.

Coeli vero *regia* dixit pro *regia coelestis* more Hebraeorum, ut Θρονος μεγαλωσυνης, Hebr. VIII. vs. 1. Multo vero magis mihi hebraizare videtur, quando infra L. II. v. 152. *saeva Leonum semina* dicere

cere ausus. Plura nuper dedi in curis Virgilianeis, & plura dabimus olim.

Idem L. III. vs. 21.

Ipse caput tonsae foliis ornatus olivae
Dona feram.

Soloecismus, plane uti infra vs. 84.

— *micat auribus & tremit artus.*

Quae forma male tegitur a SERVIO honesto figurae titulo. Sed mox, ne Maro sibi suisque contrarius sit, vs. 82. lego:

— *color deterrimus albis*
E gilvo.

Erratque SERVIUS, qui negat, albogilvum, sive mixtum colorem vituperare nostrum. Immo non singulos colores, & minime omnium *album*, vituperat. Vid. PYLARG. At quid sibi vult per: *spadices, glaucique?* Interpretes ad unum omnes hic tantum de coloribus cogitant. At ego de pedibus & ungulis capio, de quibus nihil monuisse non facile mihi persuadebis. Spadix pro palma ponitur, quae tam de manibus, quam de pedibus adhibetur, ut pueris notum. Lego itaque:

Luxuriatque toris animosum pectus; honesti
Spadices, glaucique; color deterrimus albus
E gilvo.

His paucis igitur, omnes pulchri & generosi equi virtutes celebrat. Tu, si quid rectius, doce.

Mox vs. 142. pro *fluviosque*, lego *fluviosve in mare rapaces*. Sed hoc leviusculum est.

IBIDEM vs. 193.

— tum cursibus auras
Tum vocet.

Etsi libri scripti plures hanc lectionem comprobent: tamen repetita particula minus commoda hic videtur. Aliud etiam est *ventos vocare*, quod pueris notum, aliud *auras provocare*, quamvis non negem, vocare etiam nonnumquam idem esse ac provocare. *Tum* hic continuitatis particula est, docetque poeta, quid porro mox agere debeat equus. Frigida ergo esset repetitio. Mox vs. 198. sequitur:

— tum segetes altae campique natantes
Lenibus horrescunt flabris.

Ubi mallem: *tum segetes albae*; i. e. maturescentes; *levibus horrescunt* flabris; i. e variis & frequentibus. *Levis* enim saepe idem est ac minus constans, qui facile movetur, mutaturque. *Densus* enim *aquilo* nunquam *lenis*, nec *quasi lenis* esse solet, ut putabat Vir summus. Non tamen nego, Maronem sic saepe positive uti epithetis, quando simile quid velit. Sic supra vs. 34.

Sta-

Stabunt & parii lapides, spirantia signa.

i. e. lapides ita affabre elaborati, quasi spirarent. Sic etiam infra vs. 328.

Et cantu querulae rumpent arbusta cicadae.

Tanto scil. clamore, quasi rumpere velint arbusta. Sic *frangere horrea*, *subsellia*, dicere amant, pro tanto onere premere, quasi frangere velint, ut jam occupavimus in Autiquit. nostris Rom. p. 70. Adde Martialem II. Epigr. 59.

Frange toros, pete vina, rosas cape &c.

In quo frustra haesere interpretes.

IDEM ibid. vs. 486.

Saepe in honore Deum medio stans hostia ad aram.

Honorem pro sacrificio poni tralatitium est; at quare id fiat, altum est silentium. Honor, τιμη, graecis dicitur, quidquid honoris caussa datur, tribuitur. Sic munia publica dabantur olim honoris caussa, nec mercenaria fuere, ideoque honores vocantur; dein vero munerum publicorum & laborum praemia itidem dicebantur. Hinc sacrificia, ad honorandos placandosque Deos instituta, honor apellantur. Unde recte Vir ampliss. & politissimus το *honore* vindicavit in Minucio C. VII. Adde HESIOD. in Ἐργ. vs. 137. ELSNER. ad 1 Timoth. V. vs. 17.

vs. 17. & PETRON. C. CXXXIII. SILIUM Ital. L. XI. vs. 498. & 499.

Sed fatis nugarum: pergamus ad nostros, quos inter ob elegantiam aeque ac aetatem primum locum merito tuetur MINUCIUS noster, haud paullo antiquior TERTULLIANO, ut in Epistola ad Ampl. Meermannum invicte, ni fallor, probavi.

Hunc ergo vindicemus jamplius a crisi V. V. D. D. nimis, eheu! frequenti & temeraria.

Sic locus ille modo laudatus C. VII. §. 4. temere fatis vexatur: *Curtius, qui equitis sui vel more, vel honore hiatum.* Vir summus ad VIRG. Georg. III. 116. legere jubet: *qui equiti sui vel mole, vel onere hiatum* — coaequavit; quem sequitur nostri saeculi Scioppius, canis ille Criticus, qui quamdiu vixit, quosvis viros doctos allatrabat, in *Miscell. Crit.* p. 7. Praeivit vero his WOWERIUS, lubricus equidem praesul. Quid, quod PRIMUS ille omnino negare, locum usquam reperiri, *ubi eques simpliciter pro equo ponitur*; ausus sit. Nollem factum; non enim unus hic, & alter ille apud Virgilium obstat: sed ENNII apud PHYLARGYR. NONII, SERVII, GELLII, MACROBII, & OROSII auctoritas repugnat. Taceo sequiores HERALDUM, BROEKHUSIUM, DAVISIUM, aliosque. Sed videamus de his ipsis

ſis locis, quid ex vero ſit. Virgilii mentem hanc eſſe cenſet vir primus: „Pelethronii, impoſiti dorſo domitorum equorum, „docuerunt primi artem equitandi ad uſum „bellicum. Immo Pelethronii primi fuere, qui equos domare, frena pati, gyros dare & greſſus glomerare ſuperbos, docuere; quae non ſunt exercitia bellica, ſed artis domandi equos. Sequentia quoque abunde probant, eum minime de equite, ſed de equis, qui de *Neptuni ipſa deducant origine gentem*, agere; quos non ſolum nude docuere gyros, ſed etiam ſub onere armorum *inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.*

MINUCII vero locum quod attinet, nihil utique certius, quam quod vir ſummus monuit: *quis unquam equum ſui equitis dixit equitem?* At hoc nec MINUCIUS dixit, nec voluit, ſed Curtium equitis ſui, i. e. equi ſui tum mole, tum honore, hiatum illum coaequaſſe. Eſt ergo mera petitio principii, & emendatio violenta ex hypotheſi erronea. Non moris eſt librariorum, mutare lectiones claras & perſpicuas, ſed obſcuriores & minus frequentes, ut alibi vir doctiſſ. bene inculcat. *To ſui* omnem tollit ambiguitatem & difficultatem; immo ſi in alio codice *equi* legeretur, hanc potius lectionem indocti librarii eſſe, quam illam, vix dubium videretur. Noſter enim frequentiſſime Maronem imitatur, nec abhorret

horret a poetia licentica. Nec male doct. BROEKHUS. apud PROPERT. IV. III. 38. legit:

Quot sine aqua Parthus millia currat eques;
ut invenit in libris tam scriptis, quam editis. Sin liceat in auctoribus, contra veterum auctoritatem, fingere & refingere, facile quidlibet ex quolibet facere possumus.

Denique si pro *honore* quis apud MINUCIUM *onere*, (quae vocabula a librariis haud raro permutantur) legere amet, procul dubio ipse Curtius eo onere significatur, quod virum doctum non assecutum, miror. OVIDIUS XIII. M. vs. 624.

Fert humeris venerabile onus.

PROPERTIUS IV. XI. 14.

En sum, quod digitis quinque levatur onus.

Statius I. Sylv. I. C. vs. 19 & 20.

Bistonius portat sonipes magnoque superbit,
Pondere. Et vs. 56.

— insessaque pondere tanto
Subter anhelat humus.

Sin *honore*, quod in Mst. reperitur, retineas, dona vult & fruges, quae certatim super eum cives honoris gratia injecerunt. Vid. RIGALTIUS ad h. l. *Ovidius* M. XIV. vs. 128.

Tem-

Templa tibi statuam; tribuam tibi turis honorem.

Et vs. 130. & 131.

Nec Dea sum, dixit, nec sacri turis honore.
Humanum dignare caput.

Adde VIRGIL. Aen. I. 49.

— *aut supplex aris imponat honorem.*

Ubi SERVIUS: Breviter utrumque dixit, aut enim *suscipiuntur vota precibus*; *aut honore redduntur.* Lege haud cunctanter: *aut honores redduntur.* Et mox vs. 632.

Simul divum templis indicit honorem.

Id est, ait SERVIUS, *jussit fieri supplicationes*; immo vero sacra, precibus aeque ac sacrificiis. Noli itaque CYPRIANI verba, cap. I. de *Idol. vanitate* sollicitare: *& immolabant hostias, & dies festos dando honores celebrabant.* Sic SULPICIUS SEV. L. I. *Ut soli & lunae divinos honores darent.* & L. II. c. VII. Vorst. *Ut sibi diebus proximis XXX. divini honores darentur, neque cuiquam liceret dominum nisi Regem precari.* Sin nihil minus aliquid in Cypriano mutandum putes, lege ut olim conjeci, stato honoro, vel *statos honores.*

IDEM C. X. §. 4. Caecilius Deum Judaeorum *romanis numinibus* dixit captivum. At KLOTZIUS in Misc. crit. C. II. p. 9. *Censeo*

Censeo reponendum esse alteram cod. lectionem nominibus, *quae verba passim a librariis permutata esse docet Drakenborch.* Utique pueris notum, haec tria vocabula, hominibus, nominibus, & numinibus, sexcenties permutata esse; idque ad nauseam multis exemplis passim docuere censores. Id vero novum & inauditum, & tam severo dignum quaesitore, quod duplicem codicis lectionem reperiri nos docuerit, quum unicus tantum codex celebretur. Pueris etiam notissima est illa Periphrasis, qua *nomen* pro hominibus ponitur, sed in singulari, ast in plurali, *nomina & nominibus* Volscis, Romanis nondum, fateor, inveni, nec ille vitio suo creatus censor, ullo exemplo docuit. Cicero de Finibus I. c. 11. *Quis enim tam inimicus paene* nomini Romano est qui Ennii Medeam — rejiciat. Plura ad EUTROPIUM in usum auditorum ad L. VI. c. XVI.

LACTANTIUS Lib. II. Instit. c. 1. *Convictis inanibus:* recte CELLARIUS, & BUNEMANNUS hanc potius lectionem probarunt, quam, quae in plerisque codicibus reperitur: *convictis manibus*; quae omnino marginem & librarii interpretamentum sapit. Ast num mentem & formam hanc Lactantii V.V. D.D. probe assecuti sint, dubito. *Inanes* sunt mortui, idola, quae phrasi Scripturae nihil, vanitasque dicuntur; תהו, און, אלילים. *Jesai.* XLI, 29. 1 *Cor.* VIII, 4.

Eſt ergo Hebraismus, nihilque neceſſe, ut cum CLERICO & HEUMANNO *diis* adjicias. Nihil enim frequentius, quam quod adjectiva etiam ſubſtantive adhibeantur. *Inanſis*, *e*, vero dicitur, quod nullam facultatem vel juvandi, vel nocendi habet, res nihili, immo umbra, figura, ειδωλον. Sic *inanis religio*, *inane officium*, *inane vocabulum* dixit, quod inutile, otioſum, ſenſu & mente vacuum. Infra C. II. §. 9. C. III. §. 11. — & L. III. c. XXIX. §. 17. Quid, quod infra C. IV. §. 27. vel Platonem docuiſſe, *Deos nihil eſſe*, monuerit. Ego vero me hoc Platonis ſcitum nusquam inveniſſe fateor: ſed contraria omnia. Unum quidem ſummum Deum agnoſcit, ſed & ſecundarios quam plurimos, ab illo ſummo creatos, & hujus mundi moderatores eſſe conſtitutos. Conf. ATHENAGORAM in πρεσβ. §. X. & XXII. De falſis vero opinionibus & impuris inſtitutis pergit mox: *&* *hominum impia vanitate*, i. e. Κακοζηλια humana, quae princeps cauſſa omnis ſuperſtitionis & impietatis. Conf §. 4. & ſeq. Qua occaſione non poſſum non Κακοζηλιαν ſummorum Virorum notare, qui, imitatione Patrum, inde conficere conantur, ſaniores inter Ethnicos unicum tantum Deum crediſſe, quia in ſingulari de DEO loquuntur. Quaſi non promiſcue nunc de Deo, nunc de Diis loquantur, qui plura-

litatem, & discrimina Deorum agnoscunt. Qui si unicum, summumque Deum agnovissent, num tam temere, tamque lubrice de divina hac majestate locuti essent? Nec est, quod quis metum caussari velit. Quid enim metuebant Lucretius, Lucianus, Petronius, Plinius, aliique Deos suorum ridentes? Alii, quando cum Stoicis vel Platonicis in singulari loquuntur, vel solem, vel animam mundi, vel totum mundum significant: si plurali utuntur, vel partes nobiliores hujus universi, vel Genios & Daemones, quibus omnia plena esse credebant, respiciunt, & hae sunt *impiae vanitates*, quas noster in sequentibus refutare voluit.

V.



V.

SUMMA ORATIONIS

JACOBI DE RHOER

PROFESSORIS HODIE GRONINGANI

DE

FONTIBUS QUIBUSDAM, UNDE RES SACRAS HAUSERINT PROFANI.

Ut recte & ordine noſtra procedat oratio, priús quaedam de illis, quorum ad exteros propagata eſt ſcientia, praemonenda veniunt, deinde, qua ratione & via iſtam ſcientiam ſibi paraverint, erit oſtendendum, & in utraque parte obvia rerum copia non injucundam diſputandi materiam ſuppeditabit.

Esse quam plurima in scriptis Profanorum obvia, quae theologiam potius Christianam quam Gentilem sapere videntur, nemo paullo prudentior ibit inficias.

Nec hic obmoveri mihi patior, haec demum illius esse indolis, ut ex recto rationis usu & excussis probe legis naturae scriniis profluxisse censenda sint. Ne enim in ipso statim orationis limine difficiles nimium aut morosi videamur, laudabilia certe ad vitam moresque bene formandos praecepta saepe ita praescribi & adeo ab ipsis inculcari, ut multos specioso Christiani nominis praetextu turgidos pudefaciant, non diffitemur. Ita tamen ut vel ex sola naturae lege omnium animis insculpta, sic & sensisse & docuisse nulli dubitemus. Quare nec ideo Phocylidi, Graecorum Philosopho, carmen illud *nutheticon*, ut vocatur, cum Scaligero aliisque abjudicarem, quod praeceptis Salomoneis adfinia doceat, & talia in isto contineantur, quae non nisi ab homine vel Judaeo vel Christiano proficisci potuerint. Mitto ejus generis alia. Utinam modo prisci Ecclesiae nostrae Doctores, quos vulgo Patres adpellant, saepe etiam non nimium sibi indulsissent, si quae in Gentilium monumentis praeclare dicta & ad vitam recte instituendam probe facientia invenirent, statim haec sacris subrepta esse clamantes & ad plagia literaria referre non dubitan-

bitantes. Quos inter, pro fide mea liberanda, vel unum Eusebium commemorasse sufficit. Certe modum excedunt viri etiam saepe eruditissimi, si vel minimam in scriptis Hebraeorum & Gentium similitudinem reperientes, mox, nescio quas veritates, per millesimam saepe consequentiam, inde elicere & a Judaeorum sacris repetere adgrediuntur.

Non secus atque homo iste Ægyptiacae linguae, ut jactabat, peritissimus, ex incisis lapidi notis, protervorum juvenum opera, suam *in rebus* Ægyptiacis peritiam, ostentaturus, mox inde Isidis & Osiridis oracula explicare incipiebat, emunctioris naris hominibus egregie se deridendum propinans.

Non secus atque insanientis ille sapientiae consultissimus Theologus, qui Homerum adflatu divino sub historia Trojae, Hierosolymarum excidium, sub fabulis Graecorum in Iliade servatoris nostri vitam, miracula, passionem, & Ecclesiae Christianae fata sub imperio Romano praemonuisse, ausu plane temerario & impio tradidit. Praetereo plures istiusmodi nugarum architectos, (taedet enim ineptiarum rugosis vetulis enarrandarum) quibus inanes vocum soni & similitudines longe petitae insignem glaucomam ob oculos objecerunt. Haec omnia, uti ultro largimur, ita tamen in fragmentis Gentilium superesse contendimus,

mus, quae eosdem ſacra Hebraeorum ſcrinia perluſtrare, & in ſecretioribus myſteriorum tabulis verſatos fuiſſe palam oſtentant. Ea de re multa ſi verba vellem facere, incaſſum ea profecto oſtenſurus & vere perditurus mihi viderer, utpote qui mero meridie lucernam adcendere, adeoque ſoli lumen inferre conarer. Impenſa opera, per omnia purioris Theologiae capita euntes, plurimi hac in arte viri principes dudum ob oculos iſtud poſuerunt. Quis veſtrum A. H neſcit tantam olim variis in ritibus Judaeorum inter & Ægyptiorum ſacra fuiſſe concordiam? ut eos ab his ea mutuatos fuiſſe, nonnulli, licet temere & imprudenter, eruditi exiſtimaverint.

Animo quaeſo! volvite excellentiſſimum illud umbratilis cultus myſterium, quod Urim & Thummim ſacra vocat pagina, mutato nomine & figura, niſi me omnia fallant, apud Ægyptios id invenietis. Horum enim ſacerdos, ut ex Diodoro Siculo aliisque conſtat, in publicis judiciis imaginem ex Sapphiro concinnatam & gemmis nobiliſſimis ornatam collo adpendebat, & cauſſa cognita, illum cui jus favebat, teſtimonio veritatis locupletabat.

Quam parum haec ab iis diſtent, quae hac de re ſacer habet codex, nemo niſi caecutiens non videt. Ex eodem fonte fortaſſe

iſta

iſta derivari poſſent, quae apud Homerum puriori Theologiae conſona prima fronte apparent, ſi poeta, ut nonnullorum fert ſententia, origine fuerit Ægyptius. Sed haec ab aliis ſatis ſuperque demonſtrata repetere taedium parit. Ob oculos ponite adorandum illud Dei Triunius myſterium, ſalutis noſtrae fundamentum unicum, quis iſtius doctrinam non ex ratione, ſed ex divina tantum revelatione, derivandam eſſe dubitabit? At vero talia etiam apud Profanos invenire licet, ex quibus illud etiam ipſis ſuboluiſſe ſuſpicari & conligere poterit. Mitto Zoroaſtris & Magorum apud Chaldaeos de tribus principiis, Oromaſe, Mitri, & Arimini, hoc eſt, ut interpretantur, Deo, mente & anima inſtitutiones.

Mitto Mercurii Triſmegiſti aliorumque hac in cauſſa teſtimonia. Nubem profecto pro Junone amplecti vobis ſuaderem, ſi haec, utpote ſpuria & ex ſuppoſititiis petita monumentis pro veris atque genuinis obtruderem.

Haec non in ſcenam producenda ſunt teſtimonia, quibus dignitatem & valorem ficto ſcriptoris nomine emendicemus, ſed quibus vel ſolo auctoris nomine auctoritatem conciliemus. Platonem conſulite, celeberrimum Athenienſium Philoſophum, quem ob inſignem in rebus pariter humanis atque divinis peritiam, Divinum appellare

nonnulli non erubefcunt, & talia fubgeret, quae cauffae noftrae favere omnes confitebimini. Non equidem ignoro, effe inter eruditos, qui Platonica ifta de fupremo Numine effata, in capita veritatum per Philofophorum familias fparfarum referre recufant; licet plurima ceteroquin de decretorio totius terrarum orbis judicio, cenforio illo die inftituendo, de improborum poenis & piorum caelefti concilio in aeternis beatorum fedibus aliisque apud eundem fupereffe largiantur. Fateor haec fatis confufe, obfcure & ambigue ab ipfo effe tradita, nec aliter fane per rei naturam fieri poterat, ut e fequentibus patebit. Fateor Plotinum, & Porphyrium, qui recentiores inter Platonicos ordinem ducunt, in explananda Magiftri fui doctrina fatis effe fobrios & difcordes. Non tamen haec omnia ftolidas vetularum narratiunculas & febricitantis Platonis fomnia effe habenda cenfeo, nifi forte cum Kekkermanno Poireto aliisque infeliciter philofophantibus, ex mentis facultatibus, Trinitatem, ut loquimur, eruendam & demonftrandam effe exiftimetis.

Operae igitur erit pretium, ut diligentius circumfpiciamus, unde tandem Plato, unde ceteri haec & id genus alia deprompferint. In latiffimum hic dicendi Oceanum excurrerem, fed litus legere, nec expanfis velis

velis praesentissimo naufragii periculo me exponere consultius duco.

Ante omnia rerum Hebraeorum notitia, quam apud Profanos videmus, ex familiari Gentium cum Judaeis consuetudine arcessenda esse videtur. Lippis certe & tonsoribus notum est, Judaeos saepe sub imperatoribus a sacris ipsorum alienis, necessitate ita ferente stipendia meruisse, unde ipsis multiplex nasci potuit occasio in sacra Israelitica penitius inquirendi. Nec tamen castrensem istam consuetudinem in censum hic praecipue venire velim, sed privatam illam, quae usu Judaeorum civili, conloquiis quotidianis & domestica familiaritate exerceri poterat, indigito. Longo hic sermone rem explanare possem, sed ne extra oleas vagetur oratio & ut ita simul quasi viam mihi ipse muniam, non inutile erit, rem omnem altius paullo & ab ipsa origine repetere & ostendere breviter, qua ratione primum adeo a se invicem disjuncti fuerint orbis terrarum incolae, & unde inmanis illa religionis cultusque divini discrepantia originem traxerit, & quo modo tum etiam fieri potuerit, ut infensissimos ceteroquin hostes, peregrina sacra indagandi caperet curiositas.

Scilicet postquam luctuosissimus Adami lapsus totum genus humanum in profundissimum miseriae barathrum conjecit, ea lege omnes nascimur ut depravatam penitus na-

turam & vitiatam indolem nobiscum in mundum adferamus. Mox enim secundum imaginem suam, hoc est conruptum, Adamus gignebat filium Cainum. Qui postquam sceleratissimo parricidio posteritati suae praeivisset, statim omnia flagitiorum genera coeperunt invalescere & vero Numinis neglecto cultu, nefanda induci idololatria, usque adeo ut ultricibus undis in scelestissima humani generis facinora animadvertere, jure merito supremo Numini visum fuerit, vix unico cum sua familia servato Noacho. Neque vel sic tamen, perversum & in omne scelus ruens mortale genus, ad meliorem mentem rediit. Nec ipse Noachus monendo recte & praecipiendo, nec castigando & conripiendo, nec denique deterrendo & inminentem Ultoris Dei iram denuntiando impedire potuit, quo minus legitimus Dei cultus per infandam impietatem, non tantum a Chamitis, sed & Japhetidis quin ipsis etiam Semitis contemneretur. Inde paullatim factum esse, ut, post Gentium ex planitie Babylonica dispersionem, spreta Divini Numinis reverentia, ipsius etiam obliterari coeperit cognitio, vel me tacente animadvertitis. Ut enim verissime Venusinus ait:

Damnosa

Damnosa quid non inminuit dies?
Ætas parentum pejor avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

Ita deteriores parentibus liberi, identidem procreabant prolem ex pessima educatione divini cultus magis etiam ignaram. Quo factum est ut tremendum illud Numen, quod primi Gentium progenitores ex Noacho communi omnium parente cognoverant, longiori temporis tractu ab omnibus pene ignoraretur. Dum autem pastoritiam exercere communis erat vivendi ratio, pastores una cum suis gregibus, quo suus quemque ducebat error, vel pascua armentis magis opportuna invitabant, vagabantur. Crescente vero magis magisque scelerato habendi amore, omne injuriarum, furtorum & latrociniorum genus coepit dominari, adeo ut piorum numerus admodum esset tenuis & exiguus. Cum tamen omnium animis insideret religionis qualecunque fundamentum, hoc est certa quaedam persuasio dari aliquod numen, quod omnia moveret, regeret & gubernaret, illud praecipue etiam ex antiqua traditione haesisse apud illos populos, qui omnes a Noacho originem derivabant, extra omnem positum est controversiam. Immo forte ulterius licet procedere. Probabile enim a nonnul-

lis

lis censetur, Javanem, Japheti filium, in terrarum divisione obtinuisse Graeciam & Jonibus nomen dedisse, ipsius autem filium Elisam Peloponesum occupasse, adeoque jam tum avitae religionis reliquias in Graecia esse disseminatas. Cumque celebre adeo in Antiquitate Pelasgorum sit nomen, primus autem Pelasgus, Japheti nepos, ex Oriente versus Occidentem profectus fuisse. Thraciam occupasse & in universam deinde Graeciam colonias misisse videatur, illic etiam sine dubio sacrorum memoriam propagavit.

Quid? ipsa Theologia & Religionis denominatio a Thracibus derivandae esse dicuntur. Fertur enim, teste Suida, Orpheus Thrax primus Graecorum mysteria instituisse, & a Thracibus cultum divinum denominasse, quasi ab illis duceret originem.

Singulari autem Dei providentia, vera ecclesia locum deinde mutavit, & stupendis Josephi fatis ansam praebentibus, in Ægyptum descendit. Qua re facile fieri potuit, ut Ægyptiorum Philosophi plurima ab ipso edocti fuerint, cum & Chamus, ipsorum pater, multa a Noacho hausta ad posteritatem transmiserit.

Quae & inde lucem foenerantur, quod, ut Divus Psaltes canit, Pharao Josephum constituerit dominum domus suae & domina-

minatorem in omni possessione sua, ut erudiret Principes & senes ejus prudentiam doceret. Nec ideo opus est, ut cum Josepho, gravissimo ceteroquin antiquitatum Judaicarum scriptore, putemus, Abrahamum omnium scientiarum, quibus deinceps adeo inclaruerunt Ægyptii, habendum esse auctorem. Si enim talia beneficia in eos antea contulisset, non est credibile ejus memoriam tam cito exolevisse; haec enim si superasset, omnino Jacobus & Josephus postea, cum Pharao de ipsorum majoribus quaereret, de eo mentionem injecissent. Ita pedetentim Ægyptiorum idololatria & foedissima superstitione Israelitarum natio non tantum fuit inquinata, sed & servilibus sub Pharaonum tyrannide laboribus exercita & defatigata, donec tandem deplorandam miserrimae Gentis conditionem, misertum Clementissimum Numen, potentissima manu ipsos in integrum restituit, & in arce Sinaitica modo prorsus extraordinario, concessis legibus & privilegiis, ab omnibus reliquis terrarum orbis incolis segregavit, & in populum sibi peculiarem adoptavit. Habetis, rudi penicillo delineatum, inimicitiarum non tantum ortum atque progressum, sed & prima Rei publicae Israeliticae a Gentibus longe lateque distinctae fundamenta. O mirandum Dei in rebus adflictis auxilium! o venerandam

Ec-

Ecclesiae non sine Numine conservationem! o stupendum Israelis incrementum! Gaudete coeli; ovate Jacobaei, & quotquot inrita hostium conamina & pulcerrimam sanctioris coetus liberationem pia recolitis memoria gaudio exultate. Dicetis arctis hic satis limitibus coercitam fuisse salutaris doctrinae disciplinam, soli Israeli privam, qua igitur ratione ad Gentes etiam transierit vos interrogare ex conjectis in me oculis mihi conligere posse videor.

Nimirum populus Israeliticus sua quasi natura rebellis, seditiosus & rerum novarum cupidus, bonis illis admodum superbiens ceterarum Gentium indignationem & iram nimium quantum provocabat, unde internecivum illum inter & reliquas nationes odium natum fuisse, facile conjicitis. Quamvis vero Ecclesia paulatim intra cancellos solius Gentis Israeliticae restringeretur, reliquiae tamen ejus per ceteras orbis terrarum regiones erant dispersae, uti vel ex sola Jobi historia manifestum est. Deinde autem cum populus Israeliticus terram Cananaeam Duce Josua occuparet, veteres coloni inde emigrare cogebantur. Sed illi quoniam per totum fere terrarum orbem dispergebantur, plurima etiam a Judaeis hausta ubique videntur disseminasse. Nec tamen mihi credibile est, quod

non-

nonnulli volunt *), Cadmum cum ſuis ſociis tempore Joſuae Graeciam intraſſe, & perpetua rerum ab illo heroe fortiſſime geſtarum narratione, Graecorum gratiam & exiſtimationem ipſi conciliaſſe; immo Hebraeos depravatam Graecorum religionem emendaſſe & ad meliorem ſacrorum cultum eosdem revocaviſſe. Scio, ſolent produci ex Procopio querelae & inſcriptiones Phoenicia lingua columnis quibusdam inſculptae, unde patet, Joſuae memoriam diu apud Graecos ſuperfuiſſe. Fateor, ſuperfuit, at quo modo? eodem ſcilicet ac Pilati in Evangelio. Vocatur illis ſceleſtus latro, hunccine vero a Cadmo depraedicatum putabimus! An credibile eſt, populum, qui tot & tanta ab Hebraeis paſſus erat, eorum ſacra Graeciae intuliſſe & religioſo cultu proſequutum fuiſſe? Mihi certe opinio iſta nulla veritatis umbra ſeſe tueri poſſe videtur. Quamvis autem nec illis concedamus, nec etiam Judaeos primis illis temporibus Cananaeas ſedes jam deſeruiſſe & in Graecia ſibi fixa paraſſe domicilia, alia tamen ratione ſacra Hebraeorum inſtituta facile ad exteros tranſire potuerunt. Sine dubio enim multi Gentium Iſraelis ſcrinia excutientes, plurima invenerunt, quae prout ipſorum ferret ingenium &

*) Videatur Edm. Dickinſon in Delphis Phoen. Cap. XII. & alibi.

& indoles, ſive adprobarent, ſive damnarent, eorum ſaltem memoriam ſervaverunt. Fuit etiam apud Judaeos in more poſitum, devictos populos ad obſervationem Moſaicorum rituum adigere, qui cum ſaepe alia corde ſentirent, alia ore profiterentur, ſine dubio falſa mixta veris ad poſteritatem transmiſerunt.

Cum porro Philoſophi aliique ſapientiae cultores, turpe otium vitamque deſidem exoſi, omnem navarent operam, ut quid tandem de Deo rebusque Divinis ſentiendum eſſet, exploratum haberent, quis quaeſo gentes peregrinas in conſuetudinem Judaeorum admiſſas, avitae religionis veſtigia excitaviſſe & in verum Numinis ſenſum inquiſiviſſe in dubium vocabit? Animum quaeſo advertite ad vetus iſtud ſapientiae ſtudium, quo humana non tantum ſed & divina perluſtrabant erectioris ingenii homines, & a Judaeis plura didiciſſe Gentes mecum ſentietis. Omnino enim non repudianda illorum videtur ſententia, qui Philoſophiam ab Hebraeis ad Graecos, Pythagoram, Platonem, aliosque promanaſſe ſtatuunt, ſed ita tamen promanaſſe ut eam vel non recte perceperint, vel multis modis corruptam etiam depravaverint. Obſtrepat quantum velit Clericus, & acerrime repugnet, plura tamen ſunt teſtimonia, quae rem

rem confirmant. Si autem mirum videatur, qui ergo fieri potuerit, ut adeo in rebus ritibusque divinis etiam illi insaniverint, facile hoc rebus non recte perceptis, vel vero etiam sensu depravato factum esse animadvertitis. Haec vero si vera sunt, sunt autem verissima, quis Gentes familiariorem cum Judaeis consuetudinem quaesivisse & ex illorum disciplina profecisse ulterius ambiget? In memoriam vocate vel unicum Aristotelem, celeberrimum Graeciae Philosophum, & quae de eo tradidit antiquitas, & non parum praesidii caussae nostrae forte adferre videbitur. Monumentis quippe variis consignatum est, Philosophum Judaeo quodam familiarius usum fuisse, & ab eo plurima, quae ad caerimonias sacras spectabant, didicisse. Scimus quot insulsas & frigidas narratiunculas de eo nonnulli referant, quibus exponendis aut refutandis si vacare vellem, temporis non tantum facerem dispendium, sed & vestra, Auditores, patientia abuterer. Eant, profecto! eant splendidi nugarum artifices, qui ipsum verae Theologiae cognitione inbutum, plurima de hominum servatore vaticinatum fuisse garriunt, & rudi popello inponentes emunctae naris hominibus, ludibrium debeant. Eant deridendi Judaeorum Magistri sibique plaudant, Philosophum non tantum ad ipsorum sacra transiisse, sed & Judaeis parentibus oriun-

dum fuisse pulcre conficta mentientes fabula. Prudens praetereo plura Hebraeorum testimonia, quae ipsum, brevi antequam vitam cum morte commutaret, inter Judaicae religionis cultores nomen professum fuisse & omnia quae in legis tabulis praecipiuntur pro veris & divinis habuisse perhibent. Horum omnium fraudem ut facile odoramur, ita tamen aliquid veri illis subesse forte non inmerito suspicabimur. Ultro quidem largimur, testante omnis aevi historia, summam requiri prudentiam, ne in hujusmodi narrationibus carbones nobis pro thesauris obtrudi patiamur. Concedimus, plura in vetustioris aeque ac recentioris seculi monumentis reperiri figmenta, in quorum caussis & origine indagandis, ubi diligenter satis versatus fueris, id solum consequeris, ut multo fias incertior, quam antea fueris. Desultoria judicii levitate, praesertim in rebus religiosis, multa apud veteres fidem invenerunt, quae falsissima esse prudentior posteritas lubens agnoscit. Quod si tamen audire cupiatis, unde commenta illa suam duxerint originem, forsan in ea tradenda feliciores videbimur. Scilicet haec tum erant tempora, quibus in desuetudinem jam abierant majorum instituta. Florente enim adhucdum Judaeorum Ecclesia, divina eloquia & sanctissima disciplina, a Patriarchis Gentisque Hebraeae conditoribus profecta obser-

obſervabantur. At quo magis corrumperetur, eo facilius Gentilium dogmata atque praecepta admittebant.

Haec fuerunt tum tempora, quibus maxima in admiratione Judaeis erat Ariſtoteles, & ejus philoſophia apud ipſos invaluerat. Cum autem deinceps ipſos pudere inciperet, aliquid ex diſciplina hominis gentilis profeciſſe, lepido ſatis commento ex Ariſtotele Judaeum fecerunt. Mox vero alii figmenti futilitatem intelligentes alia excogitaverunt, & vel Judaicam religionem amplexum fuiſſe Philoſophum, vel etiam Salomoni ſua ſubfuratum fuiſſe, expilata ipſius bibliotheca, ſpecioſo magis commento praetexuerunt. Et illud deinde alii etiam obtrudi ſibi ſiverunt, atque in ſuperſtitionem procliviores novis figmentis mendacia auxerunt. Peſſime profecto veritati conſulunt, qui Judaeos in hiſtoria auctores ſequuntur, nunquam enim turpius ſannis & ſibilis illi ſe exponunt, quam cum ad Hiſtorias enarrandas ſe adcingunt. Quare ejus generis aliis parco narratiunculis, dies enim me citius deficeret, quam rerum hujusmodi copia. Haec omnia lubens quidem largior, nec tamen ideo cauſſa noſtra plane cadimus. Alia omnino pro Ariſtotele noſtro militare videntur, quae omnia ſi ad Traditionem referre velitis, ejus etiam auctoritatem in hiſtoriis non omnino ſpernendam eſſe cen-

featis. Majori enim procul dubio veri ſpecie illorum ſe commendat ſententia, qui Ariſtotelem quaedam ab Hebraeo accepiſſe ſtatuunt, mori teſtimonio Clearchi, qui, uti Peripateticorum nulli ſecundus Joſepho adpellatur *), ita etiam philoſophi diſcipulus, Judaeum iſtum oculis ſuis uſurpaſſe dicitur. Stat hujus fide Clemens Alexandrinus, ſtant & alii. Sunt tamen qui exiſtimant, plures ſibi ſupereſſe rationes, quae ſuadeant, teſtimonium illud non iſtius Clearchi eſſe, qui diſcipulus fuit Ariſtotelis, ſed alterius, ejusque longe junioris, cujusque adeo hic non ſtandum ſit auctoritate. Faciles ergo ſimus & concedamus, ex hiſce tamen omnibus conligendum cenſeo, vel plane rejectis tot veterum opinionibus, repudiato etiam Clearchi teſtimonio, a Judaeis quaedam accepiſſe Ariſtotelem, adeoque non a veritate admodum alienum videri, ſi ex Hebraeo quodam nonnulla didiciſſe Philoſophum exiſtimemus.

Ne quid tamen diſſimulem, majoris momenti reſtare videtur difficultas, quam ex iis, quae antea diſputavimus, ſua ſponte ſequi non diffitemur. Singulare ſcilicet Hebraeorum erat ingenium, quo alieni ſemper

*) **Libr. I. Contra Appionem.**

per ab exterorum erant consortione, neque alieni tantum, sed adeo infenso atque inimico in eos animo, ut Gentes eodem ordine cum bestiis, canibus inpuris, cadaveribus & si quid contemtius istis habuerint. Ipsi Josepho populus insociabilis, & ab omnibus reliquis, suis discretus institutis audiunt. Praesertim cum ipsi vicissim apud omnes Gentes ob inertiam & Atheismum, qui vulgo inputabatur, contemtissimi haberentur. Qua igitur ratione fieri potuerit, ut nationes sese invicem inplacabili odio atque invidia persequentes, tam amice in tradendis vitae morumque institutis conspiraverint, jure merito rogabitis? At vero in genere quaec hac de re in vulgus sparguntur valere non putem, praesertim antiquiora si respiciamus tempora, omnem enim lapidem saepe movisse Judaeos, ut Gentes religioni suae conciliarent, ex fide dignis constat monumentis. Certum etiam, scissis licet in contraria studia Gentium capitibus, inter cives tamen privatam aliquando coalescere amicitiam. Quotidiana probat hoc experientia, probant omnium fere populorum mores & instituta. Ne alias etiam caussas, domesticas scilicet & peculiares commemorem.

Habetis, Auditores Humanissimi, brevibus delineata, in quibus diutius morari temporis angustiae quo circumcludimur

prohibent. Puto tamen ſatis ex illis liquere, conſuetudinem Gentium cum Judaeis praecipuum etiam eſſe fontem, unde quidquid Theologiam Chriſtianam in ſcriptis Gentilium ſapere videatur derivandum ſit.

Nec hiſce tamen terminis illa circumſcribi debet ſcientia, ſi enim in rei rationes penitius inquiramus, plura ſeſe obferunt, quae reliqua Orationis parte paucis enumerare volupe eſt.

Orientis incolas, ut primis ſurgentis diei radiis conluſtrantur, ita & primos ſapientiae Magiſtros habendos eſſe, extra omnem poſitum eſt controverſiam. Nondum ſeptem illi Graeciae ſapientes per totum terrarum orbem celeberrimi, nondum Pythagoras nec Plato innotuerant, cum jam Aſſyrii Chaldaeos ſuos, Perſae Magos, Indi Gymnoſophiſtas & Brachmanes venerabundi ſuſpicerent & multis jam ante ſeculis, Hebraeos Abrahamum, Moiſen alioſque divino adflatos ſpiritu in ſummo habuiſſe honore, tam certum eſt, ut nil certum magis eſſe videatur. Graecorum Philoſophos, quidquid pulcri & veri habent, ex hoc etiam fonte hauſiſſe, facile mecum ſentietis, ſi Thaletem, Pythagoram, Platonem alioſque, Judaeos & Ægyptios ſapientiae cauſſa adiiſſe cogitetis. Profecto ſi in memoriam revoco erudita illa Pythagorae & Plato-

Platonis itinera, Hierosolymitani templi visendi gratia Judaeam versus suscepta, de quibus apud Originem disputat Hermippus, nescio quam insigne illud sapientiae studium animo injiciat reverentiam. Cum vero omnia haec non firmo satis tibicine nitantur, singula curatius pensitare prudentis est. Tanta scilicet & adeo insatiabilis apud veteres discendi erat aviditas, ut illis, qui mortalitati nomen eripere studerent, non domesticos tantum Doctores consuluisse sufficeret, nisi congestas domi eruditionis copias quaesitis apud remotissimas etiam Gentes opibus locupletarent. Epicuri nempe ineptias, solis Graecis divinitus id obtigisse, ut non desiperent, dudum contemserant. Nec erat, ut Lycurgus vereretur, adolescentes corripi pestifera peregrinarum voluptatum contagione. Quare Lacedaemonem saluberrimis legibus constituens, inter alia etiam sancivit, ne juventus peregrinationibus, omnis doctrinae caussa frequenter suscipi solitis, se dederet. Caelum enim, non animum, si mutent, qui trans mare currunt, & si eo consilio in longe remotas tenderent oras, ut animum sciendi cupidum ad inmortalitatem magis magisque conformarent, quid in eo demum culpandum sit, nondum perspicio. Quippe:

Nil nocet innumeros ſcire atque revolvere caſus
Si facienda facis, ſi fugienda fugis.

Profecto de nobiliſſimo iſto Philoſophorum pari, Pythagora & Platone, illud adſeverare nullus dubito. Tales enim natura illos finxerat, ut ab omni ſeculi veneno inmunes, per tot ſcelerum ubique dominantium exempla feliciter decurrerint. Quae ne gratis dixiſſe videar, nec tamen nimius ſim in utriusque vitae curſu emetiendo, ea tantum, quae plurimum feciſſe videntur ad adquirendam rerum ſacrarum peritiam juvat enarrare.

In Ægyptum, celeberrimum literarum & eruditionis emporium, perrexiſſe Samium Philoſophum nemo eſt qui ignorat. Huc vero dum tendebat Sidonem adpulit, ut ex variis illisque fide non indignis monumentis diſcimus. Sapientiae arcana ibidem Mochus quidam explanaſſe ferebatur. Si eruditum illum Sueſſionenſium Epiſcopum audiremus, cui Mochus ille idem eſt atque Rei Publicae Iſraeliticae conditor Moiſes, facile ex ejus diſciplina quaedam didiciſſe Pythagoram intelligeremus. Plura tamen ſunt, ut dudum docuerunt Eruditi, quae divino vati inter Sidonios cives locum adſignare prohibent. Dein-

Deinceps vero cum ad Ægyptum dirigeret cursum Philosophus, plura vetustae religionis vestigia ibidem ab eo excitata & observata fuisse ultro conjicitis. Scilicet Abrahami progenies per Phoeniciam erat disseminata, numerosa Keturae soboles parentis consilia & instituta longe lateque propagaverat. Tot populorum commerciis multa ad Arabes, multa etiam ad Ægyptios fuisse translata, quae divini cultus primaeque originis haud obscuras referebant lineas, nemo prudentior temere negaverit. Cum vero adeo Ægyptiaci Regis favore floreret Pythagoras, ut ille venerandis sapientiae sacerdotibus injunxerit, hospiti Philosopho, omnia quae scitu pulcra erant & jucunda detegere, animum discendi avidum largis haustibus inbibisse quidquid ad sacram, quidquid etiam ad profanam faceret eruditionem animadvertitis Nec hic tamen pedem figebat excellentissimi viri industria. Deinde enim inopinato & fatali satis casu Babylonem delatus, quae Persis eo tempore parebat, non turpi otio & inerti desidia vitam perdendam esse judicans, multa etiam ex Magis, qui sapientiae laude prae reliquis insignes censebantur, profecit. Qua vero ratione ibi etiam multa sacratae religionis capita evolvere potuerit Philosophus, facile pateret, si illorum sententiae album calculum adjiceremus, qui Pythagoram illic a divini vatis & Sanctissimi Prophetae ore pependisse existimant.

 stimant.

ſtimant. Scilicet Nazaratus quidam Aſſyrius Philoſophi praeceptor fuiſſe perhibetur, eum autem cum vate divino Ezechiele eundem eſſe nonnulli autumant. In re dubia & obſcura nihil temere definiendum eſſe cenſeo, & eandem lubens amplectar ſententiam, modo firmis & idoneis ſatis argumentis mihi perſuadeatur. Quare quia ſub Nazarati nomine deliteſcere Sanctum Ezechielem, nondum clare ſatis evictum eſt, nondum etiam pro certa veritate obtrudi illud mihi patior. Anxie nimis, pro morte ſuo, ſingula conquirens & ſollicitans, ut veri cultus reliquias ex tenebroſa Gentium ſuperſtitione eruat, Sueſſionenſis Antiſtes, illud etiam ſibi perſuaſit, ſed conraſis omnibus & magno eruditionis adparatu exornatis, ſaepe pro detectae, ſcilicet, veritatis palma, inſignem contemtum reportavit: Et ſane in ipſo Nazarati nomine feliciter explicando ſibi non ubique conſtans, adeo ſaepe omnia fingit & refingit, ut Circes artificia vincere videatur. Dudum illud ab Eruditis ſatis demonſtratum eſt. Mihi enim tanti Viri laudibus aliquid detrahere nefas ducerem. Media via, procul omni dubio, hic erit tutiſſima. Non enim propter ea, quae dubia ſunt & obſcura, ea etiam, quae certa ſunt & dilucida, damnabit ſapiens. Quamvis igitur Pythagoram inter Ezechielis diſcipulos nomen profeſſum fuiſſe nondum clare

ſatis

satis ostensum sit, tamen Philosophum multa sanctioris disciplinae capita ab Hebraeis mutuo adcepisse certum videtur. Nec ideo opus est, ut illum in ipsam Palaestinam venisse statuamus. Res enim ista majoribus adhucdum laborat difficultatibus. Profecto tot per Ægyptum aliasque regiones peregrinationes, aptam satis illi occasionem, in Judaicae gentis sacra inquirendi pepererunt. Unde & antiquiores pariter atque recentiores sanctioris coetus antistites statuunt, eum ex Judaeis plurima hausisse, quae suae Philosophiae admiscuit. De Hermippo testatur hoc Origines, testatur Justinus Martyr, testantur & alii. Vidit hoc & agnovit Magnus ille Constantinus imperator, apud Eusebium nobilissima Sanctorum Prophetarum effata Pythagorae innotuisse existimans. Alii etiam bene multi viri eruditissimi in eo operam suam conlocaverunt, ut in hac veritate adstruenda vera a falsis, spuria a genuinis feliciter secernerent.

Satis igitur superque, ut quidem puto, constat inlustrissimi Philosophi exemplo, ex eruditis in exteras regiones peregrinationibus, plurima Sanctioris disciplinae capita ad gentes promanasse.

Quod si tamen haec delicatis vestris auribus A. O. O. H. nondum satis facere videantur, alterius Philosophi exemplo, laude

laude vix inferioris, idem facili negotio conprobare potero. Nec ſpe me lactem inani, ſi duplici teſtimonio confirmatos vos in eandem mecum ſententiam pedibus ituros confidam.

Idem ſcilicet quod de Pythagora traditur, eum verſus Palaeſtinam templi Hieroſolymitani viſendi gratia iter ſuſcepiſſe, idem illud de celeberrimo Athenienſium Philoſopho Platone adfirmatur. Haec autem eodem ordine ab aliis habetur narratio, atque illa quam de matre ipſius nonnulli tradiderunt, eam nimirum ex vehementi tantum imaginandi vi, cum Apollinis ſtatuam contemplata fuiſſet, factam fuiſſe gravidam, & ſuo tempore naturae hunc filium pepeRiſſe. Profecto ut nullum eſt dubium, quin per varias oras eruditionis extendendae gratia peregrinatus fuerit Philoſophus, ita ipſum in Judaeam etiam veniſſe, nondum ſatis in aprico poſitum eſſe confiteor. Sunt ſane plures inter eruditos, qui de hiſtoriae veritate admodum dubitant. Lanctantius *) ſaltem a lactea oris eloquentia Chriſtianus etiam

*) Libr. IV. Inſtit. Cap. 2 Profectio autem iſta ad Magos & Perſas non de Platone ſed Pythagora intelligenda eſt, nam bella & motus Aſiae Platonem aditu prohibebant. Teſtatur hoc Laertius, teſtantur & alii.

etiam Cicero adpellatus, diserte, soleo, inquit, *mirari, quod cum Pythagoras & postea Plato amore veritatis accensi ad Aegyptios Magos & Persas usque penetrassent, ut earum Gentium ritus & sacra cognoscerent (suspicabantur enim sapientiam in religione versari) ad Judaeos tamen non accesserint, penes quos tunc solos essent, & quo facilius ire potuissent.*

Et quamvis dentur plurimi, qui hujus testimonii auctoritatem contemnunt, Platonem tamen in Judaeam venisse librosque Moisis ibidem legisse evidenter satis demonstratum nondum habemus. Certe prudentia hic opus est, nec statim si Mosaicis similia inveniamus, inde concludendum est, a Platone lectum fuisse Moisen, cum & ipse nonnulla excogitare, & ab Aegyptiis aliisve populis accipere potuerit. Dispiciendum an Plato aliusve ea, quae habeat, eodem sensu, quo Moises, adferat, qui verbis enim consentire videntur, re ipsa saepe dissentiunt, cum eadem vocabula sensum gignant longe diversissimum. Praesertim cum sciamus, quot fabularum involucris cana saepe veritas tegatur, adeo ut periculosum sit credere & non credere. Quis ignorat veterum aeque ac recentiorum plures in ea versatos esse sententia, Philosophum frequentata Aegypto, vatem divinum Jeremiam post captam eversamque Hierosolymam ibidem

dem degentem & docentem audivisse, immo cognationis vinculo eidem conjunctum fuisse? At vero stolidam hanc esse traditionem, nemo paullo humanior, qui prophetam diu ante haec tempora diem jam obiisse supremum noverit, diffitebitur. Haec omnia ultro concedo ac facile largior, nec tamen, haec caussae, quam probandam suscepi, vel minimum detrahere patior, sed solam locorum diversitatem hic animadvertendam esse contendo. Trajeceritne Philosophus in Judaeam, dubium est, fateor, immo ut videtur non trajecit, sed tamen ipsum in Ægyptum profectum fuisse antiquiorum innixus auctoritate sentio. Strabo*) saltem diserte ipsum illuc conmigrasse, & cum sacerdotibus tredecim annos versatum fuisse memoriae prodidit. Plurimos etiam habet sibi adsentientes, quos longum foret enumerare. Sed hic exorientem obloquentium procellam videre mihi videor, audio illorum voces qui mihi occinant; Tunc haec eruditionis conparandae ergo instituta esse itinera existimas? Egregie profecto Tibi inpones, si haec aliis persuadere coneris. Nescisne hodiernorum hominum mores & mercatorum avaritiam, qui lucri venandi caussa saepe terras alio sub

sole

*) Libr. XVII. p. m. 554.

ſole calentes adire & locupletata bene crumena ad patrios reverti penates non extimeſcunt? Si Plutarchum legiſſes, aliam omnino ob cauſſam Platonem Ægyptum petiiſſe didiciſſes; nimirum ut oleo vendendo victum & amictum ſibi conpararet. Scio, at ſalva res eſt, nec ideo cauſſam quam propugnare coepi, deſero Fuerit igitur iſtud Platoni, fuerit & aliis propoſitum, ut mercaturam etiam illis in regionibus exercerent, inde tamen illud unicum ipſorum fuiſſe inſtitutum nondum ſequitur. Haec ſimul ab ipſis ob ſonticas rationes tractari potuerunt. Non ſecus atque de Zenone, Stoicae diſciplinae auctore, relatum legimus, eum literarum & mercatus cauſſa Athenas frequentaſſe, ibique purpuram a Phoenicibus acceptam venum dediſſe. Simile quid ſanctis Apoſtolis in more fuiſſe poſitum novimus (ſalva reverentia dictum ſit) qui quamvis Evangelium praedicandi cauſſa in remotiſſimas etiam pergerent regiones, artificia tamen interdum exercebant, ut haberent unde honeſte vitam ſuſtentarent. Quare tantum abeſt, ut Platonem aliosque lucri tantum venandi cauſſa, in exteras regiones profectiones inſtituiſſe crederem, ut potius reconditas aliarum gentium doctrinas perveſtigaturos iſta occaſione, ut honeſta mercatura alimonia ſibi conpararent, uſos fuiſſe mihi perſuadeam. Certe, ſi omnes Graecorum

corum peregrinationes hanc unice ob rationem institutas esse existimemus, temere fides auctorum etiam gravissimorum labefactatur. Praecipue si cogitemus veterum quoque historicorum sollertiam, qui in rebus indagandis & ad posteritatem fideliter transmittendis, longo post se intervallo relinquunt aetatis nostrae annalium conditores. Si qui enim illorum olim res gestas, quibus ipsis per aetatem interesse non licuerat, litteris consignare decrevissent, tanta diligentia in eo negotio versati fuerunt, ut prius in loca, ubi contigerant bella, obsidia aliave quae fastis suis inserere constituerant, proficiscerentur, ut explorata illorum conditione, certius de rebus judicarent easque ad nepotum memoriam propagarent. Firmum igitur fixumque maneat, ex eruditis veterum peregrinationibus, plurima ad Judaeorum sacra spectantia ipsos edidicisse. Quod si tamen ad perorandam caussam, haec nondum sufficere, nec satis firma nonnullis videantur, liberales simus & novum injiciamus scrupulum, quo exemto omnia forte plana esse & aperta videbuntur.

Dicere aliquis posset, qui tandem exterorum, praesertim Ægyptiorum res & instituta perspicere potuerint Graeci, cum eorum & linguam & mores ignorarent? At vero! qua, quaeso, ratione cum Hottentottis, Japonensibus, Industanis aliisque id genus homi-

hominibus commercia exercere possunt mercatores Batavi, quorum nec linguam callent nec sonos intelligunt? At regerat, hoc omnino aliud quid esse, cum barbaris nationibus nihil sollemnius sit, quam sacra & religionis ceremonias advenis occultare. Praecipue Ægyptii hac in parte excelluerunt, qui sacra sua, ne a profanis polluerentur, a rerum vulgarium usu caute semovebant, immo, Plutarcho teste, Sphinges ad templorum limina conlocabant, ut ita doctrinam res divinas explicantem, obscura quadam sapientia, & occultis scripturae integumentis constare submonerent. Adcedit decantata illa Ægyptiorum prudentia, qua fiebat, ut aenigmaticis figuris & hieroglyphicis imaginibus res religione consecratas exprimerent. Quis autem, ut huic malo medicinam pararent, quis curiosos & eruditos advenas, sive interpretibus usos fuisse, sive addiscendae eorum linguae operam inpendisse diffitebitur? Praesertim cum saepe per longius temporis intervallum illic morantes, ipso usu in linguam & ritus eorum facili negotio inquirere potuerint Immo, ne quid dissimulem, hinc suspicio oritur, ipsos saepe mercaturam ideo etiam exercuisse, ut specioso hoc praetextu ad cetera facilior pateret aditus. Novimus enim, sagacioris ingenii homines nullam praetermittere occasionem, quae ad locupletandam sapientiae messem apta nata videatur. Omni etiam labo-

labore ſtuduiſſe exteros, ut Ægyptiorum ſacerdotum gratiam ſibi conciliarent, vel me tacente conjicitis. Praecipue, ſi cogitemus non adeo moroſos & difficiles fuiſſe Ægyptios, quin hominum diſcendi cupidorum, & literis commendatitiis probe inſtructorum, eodem modo ut apud nos fieri ſolet, rationem etiam habuerint. Audiamus vel unum Strabonem, qui diſerte de Platone & Eudoxo in Ægyptum profectis tradit, ſacerdotes, (*quos* Μυϛικοὺς *atque* Δυσμεταδότους, *myſticos & difficile, non libenter inpertientes, vel cum aliis commnnicantes adpellat*) tempore & obſequio devictos, nonnulla praecepta, quae in arcanis haberent, ipſis enarraviſſe. Nec mirum ſane, Viros Eruditos ingenii & doctrinae dotibus ſibi peregrinorum hominum favorem conciliaſſe & ad ſecretiora religionis adyta viam paraviſſe, ſi quid quotidie fieri ſoleat cogitemus. Et ita abunde patere cenſeo, peregrinationes veterum alacri atque diligenti animo quaquaverſum ſuſceptas, praecipuum etiam eſſe fontem, unde res ſacras hauſerint Profani.

Admirandam hic mecum agnoſcite Supremi Numinis providentiam, qui cum Jacobo ſuas leges & Iſraeli ſua inſtituta tantum pateſacere conſtituiſſet, ita barbararum Gentium conſilia gubernavit, ut quamvis omni niſu ad verum Numinis cultum adſurgere & ſecundum ejus praecepta mores ſuos con-

conformare ſtuduerint, tamen vel non recte intellexerint, vel conrupto rationis uſu ſeculive morbo contemſerint.

Videte etiam mecum, quanto opere eruditae iſtae principum virorum peregrinationes a noſtri temporis diſtent inſtitutis. Excellentiſſimi etiam per Italiam, Galliam aliasve regiones hodie vadentes juvenes, res ſuas pulcre agere ſibi perſuadent & blandiuntur, ſi tumidum eorundem populorum inceſſum, ſi veſtium luxuriam, ſi lautas epulas probe notaverint, vel ſuos mores ad ipſorum praecepta conformare didicerint. Si Francias delicias & in patrii ſermonis contumeliam, fictas ſed mellitas verborum imagines, quibus comtuli atque bene olentes juvenes virgineo gregi ſe commendare geſtiunt, avida aure atque animo inbiberint. Interea multos etiam, quibus nobilior ſanguis ſub corde ſalit, generoſiorem capere inpetum non diffiteor.

Quod ſi ulterius cauſſam noſtram peroraturi, pedem promoveamus, & alias porro ſcaturigines, unde illa, quae de Judaeorum ſacris in mundo habeant Profani, hauſerint, quaeramus, ceteris omnibus anteferrem Septuaginta viralem illam, ut vocant, oraculorum divinorum verſionem.

Sed rem multis modis esse inpeditam & tot fabulosis figmentis involutam, ut ipsa veritas vix enitescat, dissimulare nec volo, nec possum. Multus hic forem in repellendis veterum aeque ac recentiorum erroribus, ut ita vadis & scopulis, quae Orationis nostrae cursui moram injicerent, feliciter praetervectis, in apertum mare plenis deinde velis ingrederemur, nisi tempus & aquam fere effluxisse sentirem. Insulsam prorsus & ridiculam Aristeae esse narratiunculam, procul dubio a Judaeo quodam Alexandrino confictam, ut ita Graecae translationi auctoritas conciliaretur, nemo cordatior ibit inficias. Primordia ducere versionem istam a primis Ptolomaei Philadelphi annis, vel ab isto tempore, quo simul cum patre regnum administrabat filius, dudum ab Eruditis ostensum est! Sive igitur jussu Regis Ægyptiaci, cui operam suam conlocaverat, ut volunt plurimi, Demetrius Phalereus Peripateticus Atheniensis, sive sua sponte Graece scientes Judaei Alexandrini versionem istam adornaverint, commodam satis inde exteris occasionem natam fuisse, in sacratissimae religionis dogmata accuratius inquirendi, quis temere negaverit? At vero majora sonant, quae alii hac de re opinantur. Scilicet Pentateuchum Inperatore Artaxerxe Graeca civitate donatum & a Platone, Pythagora aliisque Graeciae Philosophis diligenter fuisse lectum, nonnulli sibi per-

perſuaſerunt. Loquitur hac de re confidenter ſatis apud Euſebium Ariſtobulus *). *Apertiſſimum eſt*, inquit, *leges & diſciplinam noſtram Platonem diligenter fuiſſe ſecutum. Non enim latet, ſi quis attentius eum legat, perlectam ab eo & quidem diligenter ſcripturam fuiſſe. Scimus enim omnes, ante Demetrii Phalerei tempora, immo vero ante Alexandrum, quinque Moiſis libros, in Graecam linguam etſi non commode transductos fuiſſe.* Haec vero ſubleſtae eſſe fidei, nec ſua ſe tueri poſſe auctoritate, Doctiores exiſtimant. Certe Demetrio illi, ſi a conſiliis fuerit Philadelpho, (quod plures tamen negant) verſio iſta ignota eſſe non potuit, adeoque quaenam novam deſiderandi cauſſa fuiſſet? Tot delicatis quaeſtionibus agitur pretioſum iſtud opus, ut profecto lentis nimium maxillis edere videantur, quibus iſtae deliciae omnes ſapiunt. Niſi annorum conputatio nimium differret, forte facili negotio lis magna ex parte conponi poſſet, ſi obſervemus, non uno eodemque tempore Veteris Teſtamenti codicem Hebraeum in Graecum idioma translatum fuiſſe, & inde rixarum gigni originem. E ſtili ſaltem diverſitate animum probe attendens facile conligere poterit, nec uno tempore paratam fuiſſe excellentiſſimi operis translationem, nec unum tantummodo

 auctorem

*) Praep. Evang. Libr. XIV. Cap. 7.

auctorem illi operam suam addixisse. Dicere tamen quis posset, cur igitur haec etiam non intellexerunt gentes? Cur quaeso in tanto hominum numero nemo in castra Christianorum transiens uberiori cetera prosecutus est commentario & rudi plebeculae explanavit? Conjicit Hieronymus, *noluisse tunc temporis Septuaginta Interpretes fidei suae sacramenta perspicue Ethnicis tradere, ne sanctum canibus & margaritas porcis darent.* Quae quidem ego loco suo atque dignitati relinquo.

Deinde vero, cum omnium fere manibus tereretur haec versio, & linguae Graecae usus ubique invalesceret, major etiam cognitionis lux plerasque gentes circumfulgere caepit. Ita nimirum erat in fatis, ut tandem Æternus ille veritatis instaurator humana sub imagine terras lustraret, & sic spissam istam ignorantiae caliginem, qua hactenus obductae fuerant gentes, splendore suo magna ex parte discuteret. Quare nec sine Numine factum credatis, Auditores, ut illo ipso tempore, quo mortali carne vestitus in mundum prodiit Servator Optimus, omnes artes ac scientiae in summo dignitatis fastigio essent conlocatae. Scilicet is erat, qui excussis ignorantiae tenebris, & atra superstitionis scelerumque nocte fugata, omnia in integrum restitueret.

Et

Et hic quidem pedem figeret Oratio, nisi praejudicatae male opinioni nervus antea incidendus esse videretur. Mirabimini enim forsitan, me in fontibus recensendis & aperiendis, unde tot rivuli veritatis Christianae ad Gentes prono alveo prolapsi sint, nullam Sibyllarum in Antiquitatibus adeo decantatarum mentionem injicere. Ut dicam quod res est, Auditores Optimi, ad turbidos adeo rivos, & inquinatissimas cloacas, ne dicam sordidissimam mephitin descendere extimesco. Pudet sane veterum, pudet etiam saepe recentiorum, qui hac in re inprudenter adeo inponi sibi passi sunt, ut veniam vix mereantur. Scilicet ubi religiosa quaedam persuasio hominum animos incesserit, & ipsa diuturnitate vires sibi adquisiverit, mox altas adeo in mentibus humanis agit radices, & uberrimo errorum, etiam gravissimorum proventu subcrescit, ut eradicando luxurianti huic lolio, excellentissimorum ne quidem ingeniorum industria & eruditio sufficiat. Similem fere fortunam prodigiosa ista Sibyllarum historiola sortita fuit. Primis nempe Ecclesiae temporibus quam plurimi exstiterunt, qui palmarium existimabant, caelestem veritatem figmentis suis adjutum ire, quo facilius nova, scilicet, doctrina a Gentibus admitteretur.

Haec pias fraudes & officiosa mendacia vocare solent bono fine excogitata, quasi vero fictis illis documentis Christiana veritas indigeret. Pudet sane ex incertis & confusis monumentis, quae de ipsis Sibyllis tradiderunt Ethnici, tot homines perverso promovendae verae religionis studio incensos fuisse. Facile foret ostendere, suntque mihi ad manum innumera alia, quae in medium adferri possent, ad coarguendam ipsorum inpudentiam, qui haec divino fundamento superstructa esse judicant.

VI.

VI.

SPICILEGIUM
CONJECTURARUM CRITICARUM SELECTIORUM
IN
NOVUM TESTAMENTUN
AD
BOWYERII ET SCHULZII
COLLECTIONEM
SECTIO SECUNDA.

In Evangel. Lucae.

Cap. I. vs. 49. Ἐποίησε. λ. videtur καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτȣ͂ conjungendum esse cum ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα; ut sensus sit: *fecit mihi magna & nomen ejus sanctum.* Hoc est, *praestitit se mihi magnum & nomen ejus celebrandum.* Non, ut vulgo, *sanctum est nomen ejus*, aut, sanctificetur nomen ejus.

Cap. I. vs. 54. Trajectio est statuenda. Post αὐτῦ parenthesis incipit, & procedit usque ad ἡμῶν. Jam conjungenda sunt μνησθῆναι ἐλέυς τῷ λ.

Cap. II. 2. Quid? si verba αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο parenthesi includeres, redderesque: TALIS *descriptio prius vel antea facta erat.* AEGID. STOKMANNS omnem difficultatem tolli posse putat, dummodo vis verbi ἐγένετο recte observetur, nempe *revera facta, re ipsa instituta fuit*; idque aliquibus scriptis Belgicis, etiam contra dissentientem HOVENIUM asserere studuit. Vid. Europ. erud. Tom. XVII. p. 236. & sqq. & Tom. XIII. pag. 1058. Neque vero negligenda sunt, quae ADRIAN. KLUIT tum in *vindiciis articuli*, ὁ, ἡ, τὸ, tum alibi scripsit.

Cap. II. vs. 34. ἔτος. λ. Verba: εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάσασιν πολλῶν, ambigue dicta videntur: Num ergo Christus multorum eorundem, quorum lapsus, etiam resurrectio, futurus esse dicitur? An vero potius aliis multis in lapsum, aliis multis in resurrectionem positus? Vid. Biblioth. Brem: nov. class. 6. fac. II. pag. 38.

Cap. III. vs. 23. Καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος, ὢν (ὡς ἐνομίζετο) υἱὸς, λ. Verba sic vertenda & distinguenda vi-

videntur: *Et ipse Jesus erat circiter triginta annos natus, cum inciperet, uti lege* seu *more constitutum erat. Filius Josephi &c.* Vide: *Brem. u. Verd. Biblioth. Vol.* 3. *P.* 3. §. 20. ubi etiam aliorum afferuntur sententiae, seu potius conjecturae.

Cap. III. vs. 37. Τȣ̃ Καϊνάν. Divelle καὶ, νὰν. *Hamb. Ber.* 1747. *pag.* 169. & KNITTEL scripto germanico.

Cap. IV. vs. 26. ȣ̓αὶ ὑμῖν. λ. Sane aliter foret legendum, si vera esset citatio comitis *de* BUCKINGHAM: *Maledictus iste, de quo bene loquuntur omnes.* Maudit est celui, de qui tout le monde dit du bien. *Babillard* Tom. I. art. 17. pag. 248.

Cap. XVII. vs. 2. Περίκειται: alios inter Graecos legere Περιδεῖται, ostendit AUGUSTIN. diss. *de catenis patr.* pag. 42.

Cap. XVIII. vs. 1. Ελεγε. λ. Jucunda est conjectura AUGUSTINI VAN STAVEREN *ad Corn. Nep. Epam. Cap. III.*

Cap. XVIII. vs. 7. μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς. Vir doctus & pius, qui sub nomine: *Glaubenslehrer*, observata quaedam ad S. S. germanico idiomate edidit, pro: ἐπ' αὐτοῖς legit αὐτοῖς, & μακροθ. de summo Dei amore exponit, Putem: minus recte.

Cap. XVIII. vs. 14. ὅτι. λ. Haec interrogative capit. PRATJEN *Brem. Verd. Hebopf. P. III.* Cf. Fr. Urth. u. Nachr. 1751. LXXXV. St.

Cap.

Cap. XI. vs. 13. ἴσως. λ. Quam frigide quaeso redditur? *Forsitan hunc, quum viderint, reverebuntur.* Credine potest, pater unicum suum & dilectum filium ad infidos servos, ad latrones misisse, ut *forsitan* eum revererentur, *forsitan* vero etiam contumeliose & crudeliter tractarent, imo misere trucidarent? Adeone incerto eum fato tradere voluisse existimabitur? Misit eum potius animo ab omni metu vacuo omnisque periculi securo. Itaque ἴσως alia potius, qua gaudet, notione reddamus: *aeque.* Oratione porro interrogative accepta vertamus: *hunccine quum viderint, eodem modo reverebuntur?* Tum vero ironice verba capiamus & explicemus: *hunc profecto aliter reverebuntur. Vor den werden sie gleichwol andern Respect haben.* coll. *Matb. XXI.* 37. & *Marc. XII.* 6. In aprico sic est ratio, cur pater filium miserit, scilicet, quia firmiter persuasus erat, fore, ut servi debitam huic reverentiam & obsequium exhiberent. STOSCH Antiq. Thyatirenarum Lib. II. pag. 399.

Cap. XXIV. vs. 13. ϛαδίϋς ἑξήκοντα. Treschovius in codice Vindobonensi reperit: ϛαδίϋς ἑκατον ἑξηκοντα. Conferri poterit RELANDUS in *Palaest. pag.* 426.

Cap. XXIV. vs. 34. *Conf. etiam Berl. Bibl. vol. II. p.* 664.

In

In Evangel. Joannis.

Cap. I. vs. 2. οὗτος ἦν ἀπ' ἀρχῆς πρὸς τὸν θεὸν πάντα. δι' αὐτοῦ ἐγένετο (καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν) ὃ γέγονεν. Sic legi cupit HOSMANN *exerc. exeg. in s. ev. fasc. II.* 1749.

Cap. I. vs. 47. Ἐκ Ναζαρὲθ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι. GUDIO in *diss. qua Nathanaelem a patriae suae contemtu vindicat. Lips.* 1746. Τί non est interrogativum, sed infinitum, & veluti gloriandi sensu sumitur.

Cap. II. vs. 4. Τί ἐμοὶ καὶ σοί; γύναι; οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου. *Quid hoc inter me & te? Matrona!* (Ferme uti Ephron. ad Abrahamum *Gen. XXIII.* 15.) NONDUMNE *tempus meum venisset?* Paraphrasis germanica Mſ. habet: *Solten wir etwas insbesonder miteinander zu sprechen haben? Frau! (Mutter!) Meinen sie etwan, dass ich nicht wüste, dass meine Zeit, Wunder zu verrichten, da sey.*

Cap. VIII. vs. 25. ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν. Lectionem ὅ, τι praeferendam esse, vix quisquam amplius dubitabit. Jam καὶ *vel* verte: *vel hoc ipsum quod vobis dico.* Alia dant KOECHER in *analect. ad h. l.* ABRESCH *ad* AESCHYL. *p.* 275. FRISIUS *de usu & abusu auct. Prof.*

prof. VOGET *diss. II. de servatore semper eod.*

Cap. XI. vs. 16. ἄγωμεν καὶ ἡμεῖς, ἵνα ἀποθάνωμεν μετ' αὐτῦ. Estne vox credentis? an desperabundi animi? si cum Christo se morituros dicere voluit. Aut an μετ' αὐτῦ ad Lazarum est referendum?

Cap. XIV. 2. εἶπον ἂν ὑμῖν capiendum est interrogative: *num dixissem aut dicturus fuissem vobis?* STOSCH. *Bibl. Brem. nova. class. IV. fasc. I. p.* 136. PRATJEN observat. sacr. decur. I.

Cap. XVI. Plene κατὰ τὸ μικρὸν πρᾶγμα χρόνυ. JO. JOD. STRUCHTMEYER *animadv. crit. p.* 20.

Cap. XVIII. 1. Τῶν κέδρων. *Evanescit omnis difficultas, dummodo subintelligas,* ὑδάτων.

Cap. XVIII. 13. &c. De ordine & nexu totius narrationis, haud inepta videtur conjectura (nihil enim aliud est) MEDHURSTII in bibl. Brem. nov. class. I. fasc. I. p. 18. seqq.

Cap. XVIII. vs. 38. Τί ἐςιν ἀλήθεια; TOUP. in *cur. post. Londini* 1772. Quid quaeso! est ista veritas, de qua loqueris! tu de veritate crepas, qui te regem venditas & nullus es.

In Lucae acta apostolorum.

Cap. II. vs. 3. Construe & verte: *visae sunt linguae iis vel inter eos distributae instar ignis. Man sahe, dass die Sprachen unter ihnen ausgetheilt wurden* (so geschwind) *gleichsam wie* (ein) *Feuer.* STOSCH *diss. theol. de dupl. apost. Theopn. p.* 17.

Cap.

Cap. IV. vs. 19. Post θεῦ pone signum interrogandi & κρίνατε redde: *vosmet judicate.*

Cap. V. vs. 7. Καὶ idem hic est ac: ἀφ' ὦ WOLLIUS.

Cap. IX. vs. 31. Post πνεύματος comma ponendum, & οἰκοδομέμεναι conjungendum cum επληθύνοντο. ceterum omicron in Erasmianam editionem post πνεύματος procul dubio typothetae vitio irrepsit.

Cap. X. vs. 35. Δεκτὸς αυτῷ ἐςι. Dele punctum, quod STEPHANI magis est, quam LUCAE; & fac. ut vs. XXXVI. cum priore cohaereat per ellipsin praepositionis κατά. AB HOVEN.

Cap. XI. vs. 28. Ἄγαβος. significare hoc nomen genus aliquod locustarum ex hebraico conjicit THEOD. DE HASE in *Diss. ad Levit. XI.* 20. p. 48.

Cap. XVII. vs. 4. Προσεκληρώθησαν. Editor PHILONIS, THOMAS. MANGEY. legi vult προσεκολλήθησαν, notatus propterea a WESSELING in epist. de Aquilae *in scriptis Philonis Judaei fragmentis, pag.* 6.

Cap. XX. vs. 22. 23. Post εἰδὼς omnino punctum pone, & sequens πλὴν verte *ceterum.*

Cap. XX. vs. 27. ὑπεςειλάμην subaudiendum τι.

Cap. XXII. vs. 22. Καθῆκον, alii καθῆκει, alii καθῆκεν, quod praefert D' ORVILLE *ad Charit. p.* 670.

Cap.

Cap. XXIII. vs. 5. Post οὐκ punctum etiam ponit OEDERUS. *obs. sacr. pag.* 767. Nobis tamen potius: οὐκ ᾔδειν reddendum videtur: *non cogitaram. In der Uebereilung dachte ich nicht daran.*

Cap. XXIII. vs. 8. Μήτε πνεῦμα hoc est: *neque* (in universum) *spiritum.*

Cap. XXV. vs. 23. Ακροατήριον, (pro quo Erasmiana mea editio male: ακροαχτηριων) rejicerem, scriberemque: κριτήριον. Saltem locus judicii videtur intelligendus esse.

Cap. XXVII. vs. 12. συρακουσας legere mavult Ἐρικοῦσαν vel ρακουσιον. PAUL. GEORGIUS.

FINIS Part. II. Fasc. I.



MUSEUM CRITICUM

CONTINENS PRAESERTIM

VARIAS

LECTIONES

OBSERVATIONES ET DISSERTATIONES


AD

AUCTORES VETERES GRAECOS ET LATINOS

Voluminis ſecundi Faſciculus ſecundus.

COLLEGIT ET EDIDIT

D. FERDINANDUS STOSCH.



LEMGOVIAE,

in Officina Meyeriana MDCCLXXVIII.

VIRO

PRAENOBILISSIMO EXPERTISSIMO CELEBERRIMOQUE

JOHANNI PHILIP. LAURENTIO WITHOFIO

ILLUSTRISSIMO COMITI IN BENT-HEIM-STEINFURTH

A CONSILIIS AULICIS

MEDICINAE DOCTORI IN ACADEMIA DUISBURGENSI HISTORIARUM ELOQUENTIAE ET GRAECAE LINGUAE PROFESSORI ORDINARIO.

REGIAE SOCIETATIS SCIENTIARUM GOETTINGENSIS ALIARUMQUE LITERARIAUM SODALI.

AMICO VETERI

S. D. P.

SEQUE PERPETUAE IPSIUS AMICITIAE ENIXE COMMENDAT

FERDINANDUS STOSCH.

Verzeichniß der in der Ostermesse 1778 im Verlage der Meyerschen Buchhandlung zu Lemgo fertig gewordenen Schriften.

Bibliothek, auserlesene, der neuesten deutschen Litteratur, 13ter B. gr. 8.

M. Dieterichs, J. C. W. hebräische Grammatik für Anfänger, 8.

Dohm, Christ. Wilh. Materialien zur Statistik und der neuesten Staatengeschichte, zweyte Lieferung, gr. 8.

Hißmann, Michael, Anleitung zur Kenntniß der auserlesenen Litteratur in allen Theilen der Philosophie, 8.

Hißmann, Michael, Magazin der Philosophie und ihre Geschichte, aus den Jahrbüchern der Akademien, 1ter B. 8.

de Ludewig Jo. Petr. differentiae juris romani & germanici 8.

Mensching, J. C. Bibliotheca epistolica ex Cicerone, Seneca & Plinio, 8.

Mensching, J. C. Fables pour les enfans tirées des meilleurs auteurs françois, 8.

Meusels

Meusels teutsches Künstlerlexikon, gr. 8.

Meusels Nachtrag zur dritten Ausgabe des gelehrten Teutschlandes, gr. 8.

Museum criticum, Vol. II. Fasc. 2. collegit D. Ferdinand. Stosch, 8.

Des Plato Werke, 1ter Band, ins Deutsche übersetzt von Kleuker, 8.

Seckers Predigten, 5ter Band, gr. 8.

von Selchows Reichshofrathsproces, 1ter Band, gr. 4.

Trampel, D. Joh. Erh. Beschreibung der Meinberger Mineralquellen in der Grafschaft Lippe, 3te Auflage mit Kupfern, 8.

Ueber das Concept der Kammergerichtsordnung, 1ter Band, 4.

Vogel, D. Rud. August, ausgesuchte kleine Schriften pathologischen, praktischen und chirurgischen Innhalts, 8.

M. Weber, Ernst Adolph, Versuch über die Aehnlichkeit mit Gott, 8.

Xenophons sämtliche Werke, 1ter Band, ins Deutsche übersetzt von Borhek, gr. 8.

Nachricht von Kämpfers Beschreibung von Japan.

Der 2te und letzte Band dieser Geschichte, in welchem außer den 18 Kupfern des ersten Bandes noch 27 Kupfer, mithin für das ganze Werk versprochner maßen 45 Kupfer befindlich sind, wird in nächster Michaelmesse gegen eine halbe Pistole Nachschus an die Herren Pränumeranten ausgeliefert werden. Das ganze Werk kostet also nach dem vollen Pränumerationspreise anderthalb Pistolen.



I.

DE VISO CONSTANTINI M.

LOCUS EUMENII RHETORIS, CAPITE XXI.

PANEGYRICI CONSTANTINO DICTI, EXPLICATUS

SIMUL

CONSTANTINIANA DAPHNE

IN NUMO EJUSDEM IMPERATORIS ILLUSTRATUR,

AUCTORE

JO. CHRIST. WERNSDORFIO.

Caput I.

§. 1.

Celebre illud Constantini M. visum, quo ei crucis signum oblatum, per illudque victoria divinitus promissa dicitur, saepe multumque miratus sum, qui factum sit

ut soli memorarent Christiani, omnes tacerent gentiles ejusdem aetatis scriptores. Nam si ita contigit, ut isti memorant, dubitari non potest, quin prodigium tam mirabile, quod rerum consecutiones tam memorabiles in exercitu, in imperio Romano, ipsoque Imperatore habuisse dicitur, notissimum perinde gentilibus ac Christianis fuerit. Enimvero neminem infitiaturum arbitror, silentio scriptorum gentilium fidem ipsius facti haud parum labefactari, formamque ipsam & rationem prodigii varia in difficultate versari, propterea quod totum a Christianis fictum & exornatum videatur, qui ex eo rebus suis adjumentum & auctoritatem quaererent. Quae difficultates partim tolli posse videntur, si testimonium aliquod scriptoris externi & a Christianis alieni reperiatur, e quo, gentiles quem ejus visi sensum habuerint, quidve ei accesserit a Christianorum studio, possit intelligi. Et sunt in paganis scriptoribus, ii maxime qui Constantinum orationibus laudarunt, qui singulas quasque partes rerum ab Imperatore gestarum diligenter persequuntur, & pro more superstitionis ethnicae alia miracula, ostenta, prodigia Constantino facta enarrant, a quibus miraculum, inter Christianos adeo vulgatum, plane praeteriri, paene ipsum miraculo simile videatur. Cum negare penitus visum, multorum consensu traditum, non liceat, nec tamen

tamen plane ignoratum aut tacitum gentilibus credere fas sit, saepe in eam cogitationem descendi, ut putarem, caussam silentii apud paganos non in ipso facto, quod falsum & ementitum esset, esse quaerendam, sed in diversa ejusdem interpretatione, diversisque hominum opinionibus, unde factum sit, ut, quando Christiani dicerent, Christum & crucis signum Constantino visum, id gentiles, quod aliter narrarent, tacere viderentur. Hac mente & cogitatione incidi in locum panegyrici, quem Eumenius rhetor Constantino dixit, quo somnium vel visum ei oblatum narratur, quod accuratius consideranti statim apparet reapse idem esse, ac quod Christiani dicant Imperatori contigisse, sed referri tantum eo sermone & sensu, quem homo paganus habere de ea re potuerit. Perquam dignus igitur hic locus mihi visus est, quem singulari opera excuterem, & cum Christianorum scriptorum, praesertim Eusebii, de eodem viso narratione conferrem. Ex ista collatione is videbatur redire fructus, ut adhibito teste alio, quam quibus adhuc usi sumus, eodemque omnium principe, quae visi Constantiniani tanquam facies prima & incorrupta fuerit, & quomodo postea subornata ad juvandam rem Christianam sit, posset intelligi, plurimae autem difficultates, quae hactenus premere istud prodigium videbantur, facilius expediri. Agit

Eumenius tota oratione de iis rebus, quas in Gallia Constantinus gessit ante, quam in Italiam transiret ad debellandum Maxentium, eoque ipso tempore, quo contigisse Imperatori visae crucis ostentum vulgata historia refert. Itaque rem propositam ita explicabimus, ut primo locum illius orationis, quem huc pertinere arbitramur, totum idoneis observationibus illustremus, quibus ipsa rei gestae ratio intelligatur: deinde argumentis ex eo loco ductis ostendamus, visum Constantini ab Eumenio narratum idem esse, ac quod Eusebius refert: denique vero, quae ex loco Eumenii lux affundi maior possit facto a Christianis relato, ut rectius de eo judicium feratur, probabili ratione doceamus.

§ 2.

Age igitur, verba Eumenii, quae capite XXI panegyrici in Constantinum leguntur, per partes recenseamus, & singulis, quae observatu digna videbuntur, subnotemus. „*Ecce*, inquit, *dum a limite paullisper* „*abscesseras, quibus se terroribus barbarorum per-* „*fidia jactaverat scilicet, dum sibi illa proponunt*, „QUANDO PERVENIET? QUANDO „VINCET? QUANDO FESSUM REDU-„CET EXERCITUM? *quum repente, au-* „*dito reditu tuo, velut attoniti conciderunt. Nec tuum pro republica votum amplius, quam*

unius

„unius noctis cura tetigit. Postridie enim quam „accepto illo nuntio geminatum itineris laborem „susceperas, omnes fluctus resedisse, omnem, „quam reliqueras, tranquillitatem rediisse di„dicisti.“

(*Dum a limite paullisper abscesseras.*) Intelligo de eo tempore, quo Constantinus, cum de reprimendis Francis cogitans in limite Galliarum ageret, perfidia Maximiani Herculii revocabatur, qui purpuram resumserat in palatio Arelatensi, aut, ut Baluzius existimat, Treveris, & Constantini exercitu persequente Massiliam confugerat. Legatur Lactantius de Mort. Pers. cap. 29. Obsidionem Massiliae & captum Maximianum ipse Eumenius superiore capite narravit. Haec absentia Imperatoris barbarorum animos erexit, ut crederent, dum Constantinus Massiliam perveniret, dum vinceret, dum fessum exercitum reduceret contra se, satis se spatii ad rebellandum habituros. Igitur arma sumserunt. Sed mox reditu Constantini audito, celeritate ejus attoniti conciderunt. Utrum statim ex coepto itinere, an demum post captam Massiliam reversus perculerit barbaros, ex verbis Eumenii non liquet.

Nec tuum pro republica votum &c. Neque voto tuo, quod accepto illo nuntio susceperas pro republica, exsequendo amplius tibi quam unius noctis cura adhibenda

 fuit

fuit, qua de mole illa belli amovenda, & necessariis rebus praeparandis, deliberares. Nam ratum fuisse votum illud, statim postridie apparuit, cum geminato itinere contendens ad barbarorum fines, illico territos adventu tuo comperisti conquiesse. Notandum est in verbis Eumenii *votum* Constantini, & *unius noctis cura*, conferendusque Eusebius de V. C. lib. I, 28, qui Constantinum dicit de imminente bello sollicitum noctem in simili deliberatione exegisse, votumque fecisse, ut, qui colendus esset Deus, ipse sibi se conspiciendum praeberet. Votum hoc loco non merum desiderium juvandae rei publicae est, sed tale, quo Deo certa munera offerenda promittebat, si se salvum & felicem praestaret. Vovisse autem Apollini, quod vel patri suo Constantio praecipue cultus, vel Galliarum praecipuum numen esset, ex ipso Eumenio intelligitur, qui mox soluisse Apollini vota, & donaria ejus templo intulisse refert.

§. 3.

Pergit ille his verbis; „*ipsa hoc sic ordinante* „*fortuna, ut te ibi rerum tuarum felicitas ad-* „*moneret, diis immortalibus ferre quae voveras,* „*ubi deflexisses ad templum toto orbe pulcher-* „*rimum, imo ad praesentem, ut venisti* „*deum.*"

Tem-

Templum toto orbe pulcherrimum, quod hic nominat, quin Apollinis fuerit, quem a Conſtantino, ante quam Chriſtianus fieret, ſingulari religione cultum ipſe Rhetor in ſequentibus indicat, vix dubium eſt, ſed qua in regione aut urbe Galliarum id fanum fuerit, certo vix poteſt conſtitui. Auguſtodunenſe templum Apollinis celeberrimum Eumenius ipſa hac oratione cap. ſeq. & pro reſtaur. ſchol. cap 9 laudat, idque hoc loco intelligendum putat Jac. de la Baune. Sed, ut Cellarius ad hunc locum monet, Auguſtodunenſe mox Eumenius a pulcherrimo illo diſtinguit *Praecipue*, inquit *Apollo noſter*, i. e. Aeduorum. Deinde nondum Conſtantinus Auguſtodunum venerat, ideo capite 22 praecibus ſic invitatur ab rhetore: *ut patriam meam videas ducente pietate*; de pulcherrimo autem templo illo dicitur, *adpraeſentem ut veniſti deum.* Neceſſe eſt urbem in via ſitam, qua tranſiit Conſtantinus, intelligamus, quae, judice Cellario, fortaſſe Lugdunum aut Vienna fuerit, aut alia ejusdem tractus. Viennenſis lapis apud Gruterum *) Apollinem ibi cultum oſtendit:

APOLLINI AUG
SACRUM
NATTIA SOILII FIL
SEVERA
EX VOTO

I 5 Fre-

*) Corp. Inſcript. p. XXXVI.

Frequentes inscriptiones aliae satis declarant, Apollinem in praecipuis Galliarum numinibus fuisse. Nos autem paullo post alia inscriptione duce locum istius templi paullo certius indagabimus.

(*Imo ad praesentem ut venisti Deum.* Intelligo eum deum, qui se praesentem exhibuerat eo loco, quo jam advenerat Constantinus. Is vero locus est ipsum templum, vel vicinus templo, quod ante nominavit, ubi apparitionem factam Constantino innuit. Et si comparetur Eusebii narratio, quae dicit, expetiisse Constantinum praecedente nocte, ut Deum, qui sibi sequendus esset, videret, apparet, eum significari ab Eumenio praesentem deum, quem videre Constantinus optaverat. Vidit autem, ex opinione Eumenii, quam mox declarat, Apollinem Quid ipse Constantinus judicaverit, partim narravit Eusebio, partim alias declaravit. Qua de re alio loco.

§. 4.

„Vidisti enim, credo, Constantine, Apollinem tuum, comitante Victoria, coronas tibi laureas offerentem, quae tricenum singulae ferunt omen annorum. Hic est enim humanarum numerus aetatum, quae tibi utique debentur ultra Pyliam senectutem.“

Vidisti,

(*Vidisti, credo, Apollinem tuum.*) Quod dubitanter loquitur, *vidisti, credo*, hinc intelligitur, de somnio sermonem esse, non de visione diurna, qualem memorat Eusebius Illud *tuum* significat, tum temporis saltem, quum orationem haberet Eumenius, Apollinem a Constantino singulariter cultum, unde & cap. seq. *numen Constantini* vocatur. Affectasse cultum Apollinis ex aemulatione Caesaris Augusti, quod quidam putant, id minime sufficit, nec rem expedit. Propior & verisimilior ratio ex hoc loco Eumenii petenda est. Suum faciebat Apollinem Constantinus, certe ita opinabatur Eumenius, quod voto suo responderat praesens & propitius, seque ei conspiciendum praebuerat, victoriam & auxilium pollicitus. Huic etiam & Victoriae praesidium exercitus, quem Constantinus ducebat, ex eadem visione tributum, colligere mihi videor ex inscriptione, quam Jac. Sponius *), & Carolus du Cange **) afferunt, in ecclesia quadam ad Ambianum detectam, quae ob characteres rudiori arte sculptos Constantini aevo tribuenda est:

PRO SALUTE ET
VICTORIA EXX G

APOL-

*) Miscell. erud. antiq. sect. III. n. 88.
**) De infer. aevi numis, n. 54.

APOLLINI ET VER
IUGO DUMNO
TRIBUNALIA DUA
SETUBOGIV SESUGGI
F. D. S. D.

Lego: *Pro ſalute & victoria exercituum Galliae Apollini & Ver. jugo Dumno tribunalia duo Setubogius Eſuggi filius* (homo Gallus) *de ſuo dedit*, (*vel decreto ſenatus dedicavit.*) Tribunalia Sponio sunt ſtylobatae in quibus ſtatuae conſiſtebant. ego malim aras interpretari. VER IUGO DUMNO ignotum vocabulum a Sponio falſo habetur pro nomine barbaro alicujus Dei ignoti. Ego ſic exiſtimo intelligendum eſſe, APOLLINI ET VER. qui coluntur in IUGO DUMNO. *Dumnus* oppidum vel caſtellum in tabula Theodoſiana inter Noviomagum & Bingium, quae ſunt in Treviris, collocatur, atque hodienum extat, jugo montis impoſitum, & nomen *Dhaune* ſervat. Auſonius *Dumniſſum* nominat in Moſella v. 8. Quem quidem diverſum a *Dumno*, quod in tabula eſt, putat Freherus *), utrumque tamen certum eſt, propinquum fuiſſe Noviomago, quod Auſonius *caſtra inclita Conſtantini* dicit. Hinc veriſimile fit, Conſtantinum, cum ad reprimendos barbaros revertens in caſtra ſua,

*) In notis ad loc. cit. Auſonii.

ſua, quae habebat Noviomagi (hodie *Neumagen* vel *Nümagen* ad Moſellam) deflecteret ad Dumnum, habuiſſe viſionem eam, de qua loquitur Eumenius, Apollinemque vidiſſe, qui ibi templo colebatur. Atque igitur in vocula inſcriptionis VER. latere puto nomen illius Deae, quae una cum Apolline apparebat, & Victoria eſt Eumenio. Nam & ejus Deae nomen ſit, oportet, cui pro victoria exercitus ſupplicetur, ut Apollini pro ſalute. Sed quale illud ſit vocabulum, vix ſyllaba capitali expreſſa, difficile eſt hariolari. Latinum Deae nomen vix ullum aptum eſt, niſi forte VERtuti aut VERgini (pro Virgini) Victrici legere velimus. Sic enim apud Gruterum *) extat: VIRGINI VICTRICI SANCTAE DEAE NEMESI. Nemeſis vero eadem eſt, quae Victoria, & pariter alata pingitur. Sed fortaſſe peregrinum nomen Deae apud Gallos cultae quaerendum eſt. Et hujus generis non aliud huic loco aptum occurrit, quam *Verbejae*, quae in lapide in comitatu Britanniae Eboracenſi reperto extat apud Gruterum **):

VERBEIAE
SACRUM

CLO-

*) Pag. LXXX. num. 5.

**) Pag. LXXXIX. n. 7.

CLODIUS
FRONTO
PRAEF. COH
II. LINGON.

Gallicum numen eſſe Verbejam, facile admonet Praefectus cohortis Lingonienſis, h. e. ſtativa habentis apud Lingones in Gallia, qui expeditione aliqua Britannica cultum ejus in Britanniam attulit. Votum a milite, praefecto cohortis, factum fortaſſe & militare vel bellicum numen Verbejam eſſe perſuadeat, & credibile eſt a pluribus Germaniae & Galliae populis, militia & religione Romana adſuetis, Victoriae aliquem cultum habitum. In Norico repertum monumentum, quod Gruterus profert *), cum Hercule Victoriam Noreiam celebrat:

MARTI — —
HERCULI
VICTORIAE. NOREIAE.

Ita fortaſſe, quae in lapide Ambianenſi Apollini jungitur, Victoria eſt, & *Verbeja* dicitur, vocabulo Gallico antiquo, quod, ſi ſimilia quae ſuperſunt ejusdem gentis conferas, fortaſſe virtutem, vim & prudentiam bellicam deſignabat. Sic Verdomarus

*) Pag. LVI. num. 2.

marus antiquus Gallorum dux, Vergasillaunus dux, Vergobretus, summus magistratus apud Aeduos, Verbigenus, pagus aliquis Helvetiorum, aliique plures, qui apud Caesarem occurrunt: Veromandui populus, & Verbinum oppidum in Gallia Belgica, atque ipsa in regione Ambiani, occurrunt, ubi lapis repertus est, quo Verbejam cum Apolline scriptam putamus. Si, quod Tacitus de Germanis refert *), eos plures feminas fatidicas colere, & augescente superstitione Deas arbitrari, etiam de Gallis & Britannis valet, quod non dubito, fuit fortasse inter hos olim mulier fatidica praecipue culta, Verbeja nomine, quae, sicut Velleda apud Germanos celebrata, oracula & responsa daret de republica, & pacis bellique in gente sua arbitrium haberet, cujus nomine deinde Dea culta a Gallis est, belli & victoriae potens, quam Romani inter Gallos degentes Victoriae Deae similem habuerunt. Fortasse etiam Verbeja apud Gallos eodem loco fuit, quo apud Graecos Daphne, quo nomine vates & sacerdos Apollinis, sive Sibylla appellata est. Ipsum nomen Verbejae a graeca origine repetere non absurdum fuerit, quum Graecae linguae plura vestigia in Gallia Germaniaque antiqua reperta esse, Julii Caesaris & Taciti auctori-

*) Histor. lib. IV, 61, & Germ. cap 8.

auctoritate satis testatum sit. *Verbenae*, herbae sacrae apud Romanos usitatae, nomen Salmasius *), putat esse a graeco ἱερὰ βοτάνη, quod Aeolice βιραβετάνη enuntietur. Ita Verbejam haud inepte putabimus Aeolica forma esse ἱερειαν, sacerdotem vel vatem sacram, quae deinceps relata sit inter Deas. Praeter alia confirmat antiqua vox Gallica *Vernemetis*, quam Venantius Fortunatus **) adducit, & *fanum ingens* interpretatur. Quae mihi videtur ad graecum ἱερον μεγα alludere. Fuerit itaque Verbeja Gallorum Dea fatidica, quae oracula & responsa de bello & pace reddebat, ut Graecorum Daphne. Propterea Apollini jungitur in marmore, eique pariter pro salute & victoria exercitus votum fit. Quod igitur aevo Constantini, quo ea inscriptio posita videtur, vota pro republica fieri solebant Apollini & Verbejae, qui in jugo Dumno colebantur, quod templum forte illud pulcherrimum est ab Eumenio laudatum, hinc probabile fit, Constantinum etiam, ea religione adductum, his Diis votum soluisse, eosdemque Dumni vidisse in somnis apparentes Constantinus, ut alio loco videbimus, numo aliquo Daphnen Victoriae alatae habitu expressit, qua si ad visionem sibi oblatam, ut probare

*) De homon. hyl. iatr. cap. 32.

**) Carm. lib. I, 9.

bare annitemur, respexit, non parum confirmatur sententia nostra, qua Verbejam Victoriae nomine intelligendam statuimus, quamquam in hac plurimum suspicione & conjectura agendum fuisse, non diffiteor. Sed pergamus ad reliqua Eumenii.

(*Quae tricenum singulae ferunt omen annorum*). De obscuritate hujus loci queritur Joh. Livinejus: *Supra*, inquit, *quod pulcherrimum illud toto orbe templum*, *quodue*, *tricenum annorum in coronis laureis omen*, *frustra in Zosimo & historiis vestigo. Nec scire fas est omnia*, *inquit ille. Tu admone*, *quisquis es*, *lector.* Obscuritas inde est, quod Eumenius rem visam non simpliciter narrat, sed tantum oblique notatam, quomodo ipse accipi & intelligi velit, significat. Re ipsa viderat Constantinus notas quasdam, lineas vel litteras coronis inclusas, ipsi quidem obscuras, sed quas Eumenius, pro fausto omine accipere cupiens, notas esse numerorum volebat, qui annos imperii aut aetatis Constantini significarent. Memorabile est, ipsos triginta annos, & paullo amplius, Constantinum regnasse *). Unde miror, non alios scriptores ejus somnii, aut conjecturae, quam

*) Eusebius de V.C. lib. IV. c. 53. Valesius not. ad h. l. Aurel. Victor. de Caesar. c. 41.

quam Eumenius de eo fecerat, meminisse, ut Constantinum dicerent numerum annorum, qui olim somnianti monstratus esset, regnando implevisse. Monogramma nominis Christi cum cruce, quod corona inclusum Constantinus labaro imposuit ex viso, teste Eusebio, ita convenit cum narrato Eumenii, ut alia ejusdem interpretatio videri possit. Qua de re plura alio loco.

(*Hic est enim humanarum numerus aetatum.*) Longaevitatis omen vult Eumenius ex ostento illo capere, quod tricenorum annorum numerus singulis inscriptus coronis humanas significet aetates. Et cum plures coronae, fortasse tres, oblatae fuerint, hinc aetatem Nestorea senectute longiorem Constantino promitti, certe deberi, existimat. Scilicet ex veterum opinione, quam Censorinus *) Heracliti & Zenonis sententiis confirmat, hic notandum est, XXX annorum spatio definitum esse orbem aetatis, quam Graeci γενεαν dixerunt, *dum natura humana a sementi ad sementim revertitur.* Nestor tres aetates vixisse ferebatur, quod poetae in majus augentes dixerunt, ad tria saecula eum vitam produxisse. Quippe alii quidem saeculum trium aetatum curriculo dixerunt continerе-

*) De die nat. cap. 17.

tineri *), alii vero, aetatem esse saeculum. Nec abhorret a more Apollinis, quem Eumenius Constantino apparuisse vult, multorum annorum aetatem tribuere, quem fabulae dicunt **) Sibyllae innumeros annos, sive ipsam immortalitatem concessisse.

§. 5.

„*Et immo quid credo? vidisti, teque in illius specie recognovisti, cui totius mundi regna deberi vatum carmina divina cecinerunt. Quod ego nunc demum arbitror contigisse, quum tu sis, ut ille, juvenis, & laetus, & salutifer, & pulcherrimus imperator.*“

(*Et immo quid credo? vidisti*). Epanorthosis haec est Rhetoris, qua, cum antea dubitanter locutus esset, *vidisti, credo*, nunc prius dicta revocans corrigit, & certo visum esse Apollinem confirmat, ut inde augurium maximi imperii capiatur. Nam potuisse Constantinum, dicit, in specie Apollinis sibi apparentis ipsum se & oriens imperium suum cognoscere, ut, cum ipse Apollinis simillimus sit, nunc eo apparente crederet idem sibi orbis terrarum imperium

*) Unde est, quod Herodianus lib. III. c. 8, ludos saeculares dicit τριῶν γενεῶν διαδραμουσῶν ἐπιτελεῖσθαι, spatio trium aetatum decurso celebrari.

**) Ovid. Metam. XIV, 135. seqq.

portendi, quod Apollini deberi vatum carmina cecinissent. Haec auguratur Eumenius plane apte ad opinionem & consuetudinem Romanorum, qui Apollinem sive Solem pro Genio Imperatoris habebant & Solem orientem, capite radiato, globumque terrae manu tenentem pro symbolo suscepti imperii signare in numis solebant. *Juvenis Deus* Apollo fere semper audit poetis idemque pulcherrimus. Callimachus diserte de eo *): καὶ κεῖ σὲ καλὸς καὶ ἀεὶ νέος. Sic etiam in somnis sibi visum Apollinem Tibullus depingit **):

Hic juvenis casta redimitus tempora lauru
Est visus nostra ponere sede pedem.
Non illo quicquam formosius ulla priorum
Aetas, humanum nec videt illud opus.

Eundem poetae ubique vocant regem, quod est triumphator, & statuarum artifices diademate ornant ***). De imperio autem mundi ei attributo extat testimonium Ho-

*) Hymn. in Apoll. v. 36.

**) Lib. III. Eleg. 4, 23. seqq.

***) Paschal. de coron. lib. 8, cap. 15.

Homeri *), ubi dicitur, Apollinem nasciturum magnum imperium gesturum immortalium pariter ac mortalium. Praecipue vero rhetor, divina vatum carmina nominans, ad oracula Sibyllarum respexit, quibus Apollo promittebatur rex universi orbis, quale quidem hodie non legitur, haud dubie tamen in iis, quae olim apud Romanos ferebantur, extabat, unde Virgilius transferens hoc in carmine suo usurpavit **): *tuus jam regnat Apollo.* Quod cum plerisque interpretibus videatur de Caesare Augusto a poeta dictum, hinc rhetor similiter ad magnum Constantini imperium applicatum volebat. Sibyllina ὑποβολιμαῖα, quae Constantini aevo Christianis in pretio erant, videntur ea, quae in antiquis de Apollinis regno dicebantur, ad Messiae, tanquam magni regis venturi, imperium terrae transtulisse. Quale est, quod in hodiernis sub finem libri secundi legitur:

Ἥξει δ' ἁγνὸς ἄναξ πάσης γῆς σκῆπτρα κρατήσων
Εἰς αἰῶνας πάντας ἐπειγομένειο χρόνειο.

*) Hymn. in Apoll. v. 68.

**) Ecl. IV, 10.

Caeterum quando videmus Eumenium hoc loco apparitionem Apollinis ea arte tractare, ut Constantino in omen vertat magni imperii, divina etiam Sibyllarum carmina commendare, profecto non mirum videri poterit, si postea Constantinus magnas lati imperii spes concepit, & Sibyllae oracula diligentius requisivit. Et sane per omne imperii sui tempus id studium Sibyllae, eumque Apollinis cultum, quamvis arcanum & secretum, retinuit, ut plane videatur hoc visum, & quod Eumenius super eo suggesserat, diu animo ejus insedisse. De Sibylla ab eo culta hic nihil afferemus, quod alius amplius de ea dicendi locus erit. Sed Apollini quem honorem, ex memoria hujus visi, habuerit, praestat quibusdam exemplis hoc loco demonstrare, quibus videtur, plane ad eam rationem, quam Eumenius subjecerat, similem se & aemulum Apollinis praebere voluisse, &, quod Augustus olim fecerat *), speciem ejus habitumque assumere. Celebris est statua Apollinis Constantinopoli erecta, quae columna purpurea Constantini in Descriptione Urbis Constantinop. regione VI dicitur. Hanc ex aere factam antiquo & admirabili opere, & ex Ilio Phrygiae translatam, Constantinus supra columnam rotundam porphyretici marmoris, quae plurimis cir-

*) Sueton. in Aug. c. 70.

circulis vel zonis laureatis cincta erat, erexit, & suum illi nomen indidit, clavis quibusdam, quasi radiis ejus capiti insertis, qui corpus Domini salutiferae cruci affixissent. Plura de ea columna ex Cedreno & Zonara tradunt Gyllius *) & Pancirolus **). Placet hoc loco referre, quae praesertim Gyllius l. c. de ea observat. Arbiratur zonas illas columnae designatrices esse coronarum laurearum, quibus Apollo delectetur, & Constantinum statuam Apollinis sibi attribuisse, sive semper victori, sive quod Apolline delectaretur, ut qui, cum caeteorum statuas Deorum everteret, Delphici Apollinis statuam & tripodem in hippodromo statuerit. Porro, recitato toto illo Eumenii loco, quem hactenus explicavimus, inde elucere judicat, Constantinum aptata sibi statua Apollinis exprimere voluisse, quod Eumenius ei contigisse tradiderit. Quas alias Apollini statuas vel tripodes Constantinus in hippodromo posuerit, Eusebius, Sozomenus & Zosimus diversis locis tradunt, ita quidem ut honor ei a Constantino habitus vix possit in dubium vocari.

*) In Topogr. Constantinop. lib. III. cap. 3.

**) In comment. ad Descript. urb. Const.

Caput II.

§. 1.

Pertractato illustratoque Eumenii loco propositi nostri ratio nos deducit ad Christianos scriptores, praesertim Eusebium, ut videamus, an celebre illud Constantini visum, quo illi memorant crucis signum & monogramma nominis Christi oblatum esse, cum narrato Eumenii conveniat, ita quidem ut comparato utroque testimonio accuratius de eo judicium ferri possit. Ac primo quidem existimo, ad fidem viso illi a Christianis vulgato asserendam necessario requiri pagani vel externi scriptoris assensum, & si qua ejus vestigia in gentili aliquo scriptore reperiri possint, certe in Eumenio, aut alio ejus aetatis rhetore, debere. Ostentum, quod Christiani dicunt Constantino obvenisse in castris & exercitu agenti, multis visum, multis narratum, & a Christianis ubique divulgatum, quis neget etiam gentilibus innotuisse, atque adeo a gentili scriptore, qui scire potuerit, occasione oblata narratum esse? Quodsi a nemine paganorum, qui scire potuerint, sed a solis Christianis relatum fuerit, fides horum, credo, haud parum vacillabit. Sentit hoc pondus argumenti Baronius *), & propterea varia ostenta

*) Annal. eccles. ad a. 312.

oſtenta & prodigia Conſtantino facta conquirit, ut inveniat aliquod ab ethnico ſcriptore relatum, quo celebre illud crucis viſum innui videatur. Et plura hujus generis Conſtantino oblata in Galliis, ante quam contra Maxentium moveret, rhetores illi veteres referunt, qui panegyricas in Conſtantinum orationes ipſo illo tempore, quo haec eveniſſe dicuntur, habuerunt, & rerum ejus geſtarum tenuiſſimas partes oratione perſequuntur. Incertus auctor panegyrici Conſtantino dicti cap. 2, *adverſi ominis & offenſa revocati* meminit, quod Baronius parum commode de ſigno crucis paganis inviſo interpretatur. Idem rhetor alio loco, ubi *adverſa conſilia hominum & aruſpicum monita* ſpreta a Conſtantino ad bellum profecturo dicit, contra mirabundus ſuſpicatur, *praeſentem* aliquam *majeſtatem Dei hortatam* eum eſſe ad bellum ſuſcipiendum. Nazarius alia laudatione Conſtantini, cap. 14, *exercitus coeleſtes viſos in Gallia* memorat, qui ſe divinitus miſſos ad auxilium Conſtantino ferendum profiterentur. In arcus triumphalis titulo apud Gruterum *) Conſtantinus dicitur *inſtinctu divinitatis cum exercitu ſuo juſtis rempublicam ultus armis.* Ex his cum abunde appareat, pervulgatam tunc temporis

*) Pag. CCLXXXII, 2.

poris fuiſſe famam moniti auxiliique divini Conſtantino oblati, pluresque fuiſſe Non-Chriſtianos, qui ejus notitiam, quamvis obſcuram & incertam, haberent; tum vero ab Eumenio praecipue exſpectari poteſt, ut de eo luculentius & diſertius dixerit. Nam hic eo ipſo anno, aut non multo poſt, quam prodigium hoc factum dicitur, nempe quarto imperii Conſtantini anno, ipſo hoc praeſente, dixit Treveris, & in recentiſſima ejus facti memoria, paucorumque annorum rebus geſtis memorandis, oſtenti ejus, quod ad laudem Conſtantini maxime pertinebat, oblivifci minime potuit. Jam vero memorat ille, ut vidimus, viſum aliquod Conſtantino oblatum, eventumque ejus & partes diſertis verbis explicat. Quod certe pro eo, quod Chriſtiani narrant, habendum eſt, ſi partes & adjuncta utrinque ita reperiantur convenire, ut nihil repugnet. Id ipſum, Eumenii locum cum Euſebio comparando, nunc experiemur.

§ 2.

Locus & tempus, quo viſum illud Conſtantino obtigit, ſi utriusque ſcriptoris narratio probe expendatur, utrinque convenit. Veterum quidem & recentium plerique, qui vel Euſebium non recte intellexerunt, vel Lactantium maxime ſequendum putarunt, contendunt, in ipſo bello contra Ma-

Maxentium & obſidione Romana A. C. CCCXII, die VII Cal. Novembr. crucem Conſtantino apparuiſſe. Quod ſi ita eſt, Eumenii certe locus ad illud viſum crucis non pertinet. At contra alii, accuratius judicantes viſum oblatum Conſtantino ſtatuunt in Galliis adhuc agenti, cum bellum contra Maxentium meditaretur. Et quidem Auguſtoduni in Gallia vel ad Veſontinam civitatem contigiſſe contendunt Petr. Franc. Chifletius *), & Tillemontius **). Ego illud in caſtello *Dumno* vel *Dumniſſi*, haud procul a Noviomago Treverorum, contigiſſe, ſupra, inſcriptione aliqua adjutus, ſuſpicatus ſum. Sed locum aut urbem definire nihil refert, ſufficit, in Gallia eveniſſe, quod volumus, idque rationibus acute accurateque ſubductis copioſe adſtruxit Moshemius ***) ipſa Euſebii relatione nixus. E qua curatius examinata recte colligitur, Conſtantinum, poſtquam crucem viderat, & ſigna militaria ad ejus ſimilitudinem fabricari curaverat, tum demum bellum in Maxentium decreviſſe. Nam abſoluta narratione Euſebius haec

*) In diſſert. edita Pariſ. 1676.

**) Tomo IV. Hiſtoriae Imperat. gallice edita p. 573. ſeqq.

***) In Comment. de reb. Chriſtian. ante Conſt. M. p. 978.

haec verba subjungit*): *Posthaec* (nempe post crucem visam, & labarum ad ejus formam factum) *munitus spe bona tyrannici furoris incendium restinguere aggressus est.* Deinde enarratis uberius Maxentii sceleribus, cap. 37, de Constantino pergit: *Assumto sibi patrono Deo omnium rerum, & ejus Filio Servatore & auxiliatore invocato, statutoque salutari signo ante milites, cum universo exercitu progressus est, ut Romanis libertatem restitueret, & copiis Maxentii, quibus urbes occupaverat, fugatis in interiora Italiae penetravit.* Clarissime haec docent, cum post signum crucis visum & labaris additum ad bellum profectus in Italiam sit, in Gallia, unde proficiscebatur, hoc ei prodigium evenisse, non demum ad Romam, ubi ultimum cum Maxentio proelium conferebat. Ex Eumenio, si quidem is idem visum narravit, quod deinceps amplius demonstrabitur, id confirmare in Gallia factum, nihil attinet. Nam hic orationem suam ante bellum Maxentianum habuit, in eaque nihil praeter res a Constantino in Galliis paucis annis gestas attingit. Et luculentius hoc patebit deinceps e comparatione Eumenii cum Eusebii relatione diligentius & per partes instituenda. Obstare hic quidem Lactantius videtur, qui commonitum in quiete Con-

*) De vita Const. lib. I. c. 32.

Conſtantinum de cruce in ſcutis ponenda dicit eo tempore, quo pugnandum cum Maxentio eſſet *). Verum ego arbitror verba Lactantii ita accipienda eſſe, ut iis non ſomnii Conſtantino injecti, ſed tantum crucis in ſcutis notatae tempus indicare voluerit. Somnii quando una meminit, id per quandam συγχυσιν facere videtur, quod e ſomnio quidem, ſed eo multo ante facto, crucem tum notatam in ſcutis volebat, aut cum Euſebio exiſtimandum eſt duo ſomnia aut viſa diverſis temporibus Conſtantino eveniſſe, unum in Gallia, alterum, ad Urbem cum eſſet. Nam ſtatim poſt viſum oblatum labara & ſcuta Conſtantinum forma crucis ſignaſſe, ut credamus, aliae rationes non permittunt. In Gallia ei primum viſum obtigiſſe ex Eumenio & Euſebio certum eſt Si in Gallia mutata arma aut ſigna militaria apud exercitum eſſent, res tam memorabilis & conſpicua vix adeo latere potuiſſet, quin Eumenius & Nazarius Rhetores, qui res bellicas Conſtantini in Gallia geſtas minutatim perſequuntur, obſervarent. Et exercitus, quem e Gallia adverſus Maxentium ducebat, ut Zoſimus auctor

*) De mort. Perſec. cap. 44. Commonitus eſt in quiete Conſtantinus, ut coeleſte ſignum Dei notaret in ſcutis, atque ita proelium committeret.

ctor est *), e devictis nationibus barbaris, Germanis, Celtis & Britannis erat collectus, quos ignoto Christi nomine & signo crucis velle ad spem victoriae accendere, absonum fuisset. Constantinus ipse, qui diu animo fluctuante & dubio circa religionem haesit, certe quamdiu in Gallia fuit, ut ex Eumenio colligere licet, cultum & tutelam Apollinis, cui se & exercitum dicaverat, non reliquit, atque ideo visum oblatum, quod in se obscurum & ambiguum erat, non videtur, nisi multo post tempore, quum consiliis & suasionibus Christianorum esset in eam partem propensior factus, de Christo & signo crucis accepisse. Quo pacto probabilis omnino sententia Lactantii est, quando Constantinum dicit coeleste signum Dei paullo ante proelium cum Maxentio commissum scutis notasse. Sed hoc signum tum primum ostensum Constantino esse, id neque Lactantius dicit, neque ulla ratio cogit, ut statuamus.

§. 3.

Postquam vidimus, mirabile Constantini visum, quod ab Eumenio & Eusebio refertur, loco & tempore convenire, saltem

*) Lib. II. cap. 15.

tem ab his nihil impedimenti esse, quo minus pro uno eodemque habeatur, nunc potiora narrationis momenta, quae ab Eusebio proferuntur, cum illis Eumenii conferamus, ut idem certius intelligatur. Qua quidem in comparatione nemo exspectabit, ut, quod Eusebius commemorat, Christum & signum crucis Constantino apparuisse, idem Eumenium dixisse contendamus, sed haec maxima ejus collationis dos erit, ut, quae prima somnii Constantino oblati forma & interpretatio fuerit, ab Eumenio, quid autem postea ex variis hominum ipsiusque Constantini interpretationibus accesserit, ab Eusebio discamus. Ante omnia enim probe hoc observandum est, Eumenium primum omnium rem narrare, ut recens hominum rumor vel ipsius Constantini opinio ferebat; Eusebium vero longo post tempore, ab ipso quidem Constantino, sed extremis ejus annis, acceptam, prout ille tandem crebris consultationibus suis & multis aliorum hominum conjecturis inductus sibi contigisse persuaserat. Quo pacto & ratio differentiae, quae inter utramque narrationem intercedit, facile intelligitur, & de toto eventu exactius judicium ferri potest. Igitur Eusebius, ante quam ipsum visum narrare aggreditur, Constantinum dicit ob molem incumbentis belli sollicitum, & divinum auxilium requirentem, statuisse Deum patris sui Constantii sibi colendum asciscere,

pre-

precatumque esse, ut ipse se sibi noscendum praeberet*). Eumenius Constantinum variis bellis, contra Maximianum simul & barbaros ad limitem Galliae occupatum, deque imminentium periculorum eventu sollicitum sistit, atque inter haec votum fecisse Deo pro republica, & unius noctis curam adjunxisse memorat. Quibus certe vibrevius & tanquam in transitu attingere videtur, quae Eusebius fusius de longa deliberatione Constantini narrat, qua etiam noctem transactam esse credibile est. *Votum pro republica* illud fuit, quo eum Eusebius dicit patris sui Constantii Deo vovisse, pro tutelari proprioque Deo se habiturum, si sibi in bellis auxilium praestaret: secundum Eumenium nihil aliud, quam illi Deo donaria & spolia vovit, qui se praesentem & propitium praestiturus esset. Is vero non alius, quam Apollo fuit, cui etiam, felici eventu consequente, votum soluit, & donaria ejus templo intulit Et quem, Eusebio auctore, precatus est, ut se sibi noscendum praeberet, eum postea *praesentem in templo toto orbe pulcherrimo* Constantinus, teste Eumenio, *vidit*. Quamquam Eusebius votum hoc factum Deo omnium supremo, quem pater Constantius coluerit, affirmat, hoc tamen ille ex sententia Constantini refert

* De vit. Const. lib. I. cap. 27.

fert, quam tum fovebat, cum ea Eusebio narraret. Non ita sensisse, quum primum ei hoc visum contingeret, ex Eumenio tuto colligitur, qui Apollinem ab eo visum & pro numine tutelari habitum coram ipso Imperatore affirmat. Et Constantinus, ut par est credere, speciem aliquam iuvenis Dei sibi videre visus est, quam sive dubius, sive occultus & vafer, saltem in Gallia & apud exercitum suum, haberi pro Apolline vel voluit, vel permisit. Apollo haud dubie ab ipso patre ejus Constantio peculiariter cultus est, quum in Gallia, cui ille praefuerat, praecipue coleretur, atque adeo pro exercitus salute vota Apollini, quasi Deo tutelari, ut ex antiqua inscriptione vidimus, fiebant, & hic in jugo Dumno colebatur, loco castris Constantini propinquo. Si Constantinus Deum Christianorum a patre suo cultum Eusebio affirmavit, id eadem ratione fecisse putandus est, qua, quem apparentem antea pro Apolline habuerat, postea Christum fuisse professus est. Ipse quam dubius initio de persona Dei a se visi fuerit, satis declarat apud Eusebium *), ubi multo post visum illud tempore interrogasse mystas doctrinae sacrae, h. e. sacerdotes Chri-

*) De V. C. lib. I, cap. 32.

Christianos, dicitur, τίς εἴη θεὸς αὐτὸς, τίς τε ὁ τῆς ὀφθείσης ὄψεως τοῦ σημείου λόγος; *quisnam ille Deus esset, quidve signi illius visio sibi vellet?* Si Constantinus scivit, patris sui Deum, quem invocabat, ut se sibi manifestaret, esse Deum Christianorum, profecto non potuit, postquam eum vidit, interrogare, quisnam esset; sed quoniam Christianorum Deum ante non cognoverat, videbat autem, formam Dei sibi in somnis visam vix alii Deorum melius convenire, quam Apollini, hinc & eum fingebat, vel credebat a se visum, nec nisi aliquanto post, edoctus ab aliis, pro Christo habebat. Tota res eo redit, ut nobis constet, Constantinum ex viso illo, etiamsi merum ejus commentum esse credere nolimus, nihil tamen de Christo aut Christiana religione percepisse, neque adeo mirandum esse, si Eumenius illud ad Apollinis cultum spectasse prodidit.

§. 4.

Alterum, quod in Eusebii narratione observamus, ex Eumenio illustrandum, illud est, quod refert, crucis tropaeum in coelo clara luce conflatum, Constantino *aliquo iter facienti*, στελλομένῳ ποι πορείαν, visum una cum militibus eum sequentibus esse. Hanc ῥῆσιν Eusebii egregie declarat Eumenius,

cujus

cujus e ſerie narrationis hoc apparet, viſum hoc Conſtantino contigiſſe in eo itinere, cum a Maſſilia, ubi Maximianum ceperat, cum exercitu rediens, ad limitem Galliae contendebat ad motum recentem barbarorum comprimendum. Quem cum in ipſo itinere audiiſſet praeter ſpem, audito adventu ſuo, conquieviſſe, voti ſui, quod ob rerum felicem ſucceſſum Diis fecerat, admonebatur, in vicino aliquo templo celeberrimo ſolvendi, ad quod deflectens, fortaſſe paucis cum militibus, quod Euſebius innuit, τό ςρατιωτικὸν συνεπόμενον nominans, ibi praeſentem Deum, cui voverat, experiebatur. *Ipſa*, inquit, *hoc ſic ordinante fortuna, ut te ibi rerum tuarum felicitas admoneret, diis immortalibus ferre, quae voveras, ubi deflexiſſes ad templum toto orbe pulcherrimum, imo ad praeſentem ut veniſti Deum. Vidiſti enim, credo, Apollinem tuum.* cet. Vetus inſcriptio, quam ſupra protulimus, meminit Apollinis in *jugo Dumno* culti, ubi fuiſſe templum illud, quod Eumenius toto orbe pulcherrimum vocat, & Apollinem Conſtantino in ſomnis viſum eſſe arbitror. Nam celeberrimum tota Gallia hoc templum fuiſſe, ipſe lapis indicat, qui alia plane regione Galliae, ad Ambianum, inventus votum Apollini in Dumno facit, idque non longe a regia via erat, quae Nivomagum ducebat, ubi caſtra habebat Conſtantinus. Igitur deflectens ad

Dumnum Constantinus, ut votum solveret, ibi apparentem sibi Apollinem habuit, idque per somnum. Nam noctu hic commoratum Constantinum & mansionem habuisse, ipse quodammodo Eusebius indicat, qui eum iter hoc fecisse sole ad occasum vergente significat. Somnium oblatum Constantino, magis Eumenio credo, quam visum diurnum, Eusebio. Ille enim rhetor Galliae, si tam illustre spectaculum Constantino contigit, nec ignorare hoc potuit, patente coelo, clara luce & militibus multis praesentibus conspectum, nec reticere in oratione, quae paullo post habebatur, & tota ad gloriam Constantini extollendam pertinebat. Hic, Eusebius, visum diurnum multis post annis, & obsoleta fere rei memoria, narrat, quod ipse pro re incredibili habet, auctoritatem quidem ipsius Constantini allegans, sed qui rem variis hominum sermonibus agitatam ipse videtur interpolasse ante, &, ut commodum erat, definxisse. Consultius fortasse, & Christianis, quibus commendare visum suum volebat, accommodatius putabat, si ita narraret, ut non simulacra Deorum, quae Christianos sciebat abominari, sed res eas, quae simulacris illis tanquam symbolis significari solent, sibi apparuisse diceret. Itaque, qui Apollinem viderat & Victoriam cum figura cruciformi vel decussata in coronis, idque

olim

olim gentilibus persuaserat, postea Christianis affirmare maluit, se crucem supra Solem, qui gentilibus Apollo est, positam vidisse, & Victoriam in appositam scripturam τούτῳ νίκα mutavit. Atque id visum Constantinus fortasse haud aliter quam per quietem sibi oblatum dixit, sed Eusebius non recte recordatus, quum crucem supra Solem positam meminisset, credidit etiam diurnum illud visum fuisse, idque tanquam diversum a somnio proximae noctis, qua Christus apparebat, narravit. Certe alii scriptores Christiani plerique *) nil nisi somnium Constantini narrant, quo ei dicunt Christum apparentem, monstrato crucis signo, victoriam promisisse, qua sententia quum ab Eusebii auctoritate discedunt, satis testantur, ejus narrationem sibi non visam esse authenticam. Nolo alia argumenta, quibus diurnum & coeleste visum Constantini impugnari solet, hic afferre, qui constitutum habeam, non trita & ab aliis dicta repetere, sed, quid lucis Eumenii narratio ad judicandum de tota re afferat, ostendere.

§. 5.

Sed ipsam visionem Constantini, qualis ab Eumenio & a Christianis scriptoribus

*) Ut Sozom. lib. I, cap. 3. Ruffinus Hist. Eccles. lib. IX, c. 9.

describitur, nunc accuratius consideremus, cujus quoniam praecipua pars, imo caput, est signum crucis cum monogrammate nominis Christi Constantino ostensum, agedum, tale quid an ab Eumenio dictum reperiatur, nunc quaeramus. Ego vero ea maxime Eumenii verba huc referenda censeo, quibus affirmat, coronas Constantino ab Apolline & Victoria oblatas, *quae tricenum singulae ferunt omen annorum.* In his aio vestigia, vel principia potius illius opinionis reperiri, qua Constantinus, atque eo referente, Eusebius, putabat, nomen Christi cum cruce oblatum esse. Jussus erat Constantinus per quietem signum militare ad similitudinem ejus, quod in quiete viderat, conficere, & Eusebius ita confectum refert, ut in hastae summitate aurea corona affigeretur, cui inessent duae litterae nomen Christi primis apicibus designantes *). Equidem monogramma istud coronae inclusum

*) Eusebius de V. C. lib. I, cap. 31. Ἄνω δὲ πρὸς ἄκρῳ τοῦ παντὸς στέφανος ἐκ λίθων πολυτελῶν καὶ χρυσοῦ συμπεπλεγμένος κατεστήρικτο. καθ' οὗ τῆς σωτηρίου ἐπηγορίας τὸ σύμβολον, δύο στοιχεῖα τὸ Χριστοῦ παραδηλοῦντα ὄνομα, διὰ τῶν πρώτων ὑπεσήμαινον χαρακτήρων, χιαζομένου τοῦ Ρ κατὰ τὸ μεσαίτατον.

clusum Constantinum somniantem vidisse, Eusebius ante non dixerat, at Eumenius *tricenum omen annorum*, quod litteris quibusdam constiterit necesse est, coronae insertum fuisse diserte refert, adeoque haud obscure declarat, de eadem nota vel sigla se loqui, quae coronae inclusa labaro affixa est. Fuerit itaque, necesse est, talis nota vel figura, in qua Eumenius tricenarium numerum, Christiani nominis Christi apices potuerint agnoscere. Eusebius figuram ita describit, ut dicat fuisse litteram P in medio decussatam: Lactantius vero *), fuisse *transversam* X *litteram summo capite circumflexo.* Figura ab Eusebio descripta in numis Imperatorum Christianorum, gemmis item antiquis & aliis monumentis frequentissime occurrit, ita ut plerumque in latere ejus utroque litterae A & Ω sint appositae **). Est tamen & alia, in antiquitate non infrequens, quam Lactantius significasse putatur, littera X transversa, h. e. perpendiculari ejus litterae linea tranverse secta, ad similitudinem

*) De M. P. cap. 44.

****) Vide numum aureum Constantini M. in thesauro Ducis Croji, tab. 51. & Gorlaei Dactyl. Part. I, n. 211.**

nem crucis, hoc modo, ⳩ quo conspicitur in ipsius Constantini quodam numo, globo imposita, apud Begerum *), & in alio Justini inter numos Ducis Croji **). In ea figura, si ea ipsa est, quae Constantino in somnis oblata est, quomodo Eumenius numerum tricenarium invenerit, haud difficile est perspicere. In utraque forma, quam descripsimus, hae litterae cernuntur conjunctae X, P, T, & si τὸ T in priore, quam protulimus, forma non distincte semper expressum observatur, creditum tamen est in τῷ P latere, ut imago crucis esset, & in gemma antiqua apud Gorlaeum ***) clare expressum & τῷ P conjunctum reperitur, hoc exemplo, A ☧ ω. Littera X crucis simul nota est & decadis, sine qua numerus tricenarius scribi nequit. Allecta littera T habebis Ter decem, aut, si conjunctis T & P litteris graece malis legere, τρεῖς δεκάδας: si denique altera forma, qua duae tantum hae litterae conspiciuntur, uti malis, poterunt istae pro initialibus vocis τριάκοντα vel *triginta* facile haberi. Quod si

*) Thes. Brand. Tom. II, p. 805.

**) Tab. 64, n. 2.

***) Dactyl. Part. I, n. 211.

si forte Constantinus in utroque characteris illius latere A & ω extitisse dixerat, ut in numo Constantini victoriam maximam designante *) expressum est, Eumenius rhetor Latinus, qui audiret A & O adjunctum fuisse, & graeci O & Ω discrimen negligeret, planissime interpretari, ut ex ejus verbis apparet, poterat *Annorum Tricenum Omen.* Fortasse plures faciliores que modos Eumenius numeri tricenarii e figura illa conficiendi habuit, quos hic inquirere omnes curiosius, & in apicibus apinisque illis diutius morari non lubet. Neque necesse est existimare, Constantinum eam ipsam formam litterarum, quam postea in labaris & numis exhibuit, etiam primo illo viso monstratam sibi affirmasse, aut Eumenium interpretantem stricte illi formae inhaesisse. Constantinus sine dubio formam satis obscuram & ambiguam, utpote in somnio obscure visam, narravit, quam deinde ipse refingere pro lubitu & interpretari pro rei ratione posset. Eumenio autem, qui nihil magis quam aetatis humanae numerum & omen longaevitatis inde eruere laborabat, qualiscunque ejus rei, quam significari vellet, similitudo sufficiebat. Sunt scripto-

L 5 res

*) In num. Ducis Croji tab. 51.

res Christiani *), qui solam crucis formam Constantino visam affirmant, atque haec antiquitus saepe ita descripta est, ut tres haberet transversas lineas invicem subjunctas, velut triplex X, quam formam crucis additis rationibus exposuit Gisb. Cuperus **). Eandem vero notam fuisse numeri tricenarii, antiquis librariis usurpatam, testantur scriptores notarum veterum ***). Quodsi figuram ejusmodi cruciformem vel decussatam vidisse se Constantinus dixerit, quis miretur, Eumenium inde omen tricenum annorum cepisse.

§. 6.

Alia praeterea succurrit ratio, unde diversa unius characteris vel siglae interpretatio petenda videatur. Eumenius in sigla illa coronae inclusa, quaecunque illa fuerit, τριάκοντα vel τριακὰς legisse fatetur. Constantinus contra narravit cruci adscriptum fuisse, *hoc vince*. Vincere autem athletico vocabulo τριάξαι dicebatur, τριαχθῆναι vinci, & τριακτὴρ, νικητὴς, quod in πεντάθλῳ victor

*) Ut Sozom. lib. I, cap. 3. & auctor Chronici Orient. p. 57.

**) In not. ad Lact. de M. P. p. 238.

***) In siglis inscriptionum & monumentorum veterum hanc notam recensuit Jo. Nicolai de siglis, cap. 31, p. 243.

victor non renuntiabatur, nisi qui adversarium trinis dejectionibus, aut trino cursu superasset, Pollux: *) ἀποτριάξαι, ἐπι πένταθλα νικῆσαι, & Suidas: Τριαχθῆναι λέγουσιν οἱ παλαιστρικοὶ ἀντὶ τρὶς πεσεῖν, ἢ τὸ τρὶς τροχάσαντα νικηθῆναι στάδιον, δίαυλον, δόλιχον. Aeschyli vero Scholiastes **) τριακτῆρος exponit νικητοῦ, victoris, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐν τοῖς πεντάθλοις ἀπο τριαζόντων ἐπὶ ἐλπίδι νίκης. Fusius haec exposuerunt Casaubonus ***), Salmasius †), & Paschalius ††). Constantinus igitur symbolum sibi visum fortasse exponebat τούτῳ τριακτής sc. ἔσῃ, vel τούτῳ τριαχθήσεται sc. hostis, idque fortasse eventu permotus cogitabat, quod Maxentium trina acie vicerat in Italia, antequam plane superaret ad Urbem, teste Eusebio †††) Elementa illius vocis aeque ac τριάκοντα in monogrammate, quod Constantinus proposuit, inveniuntur. Et quum Eusebius dicit ††††), γραφὴν τῷ σαυρῷ συνῆφθαι λέγουσαν, τούτῳ νίκα, commodissime haec scriptura συναφθεῖσα τῷ σαυρῷ, aptata, conjuncta crucis signo, intel-

*) Lib. II. cap. 30.

**) Ad Agamemn u. 179.

***) In lect Theocrit cap. VI.

†) Exercit. Plin. ad Solin. p. 206. edit. UltraI.

††) De coronis lib. VI, cap. 22.

†††) Hist eccles. lib IX, cap. 9.

††††) De V. C. lib. I. cap. 18.

intelligitur de litteris crucis signo implicatis & connexis illius vocabuli, quod significaret, per illud signum vincendum esse. Hujus significationis vocabulum satis aptum est τριακτὴς, monogrammate supra proposito una cum signo crucis comprehensum, neque necesse est, ut ipsa verba, quibus Eusebius eam significationem exprimit, τέτῳ νίκα, signo crucis fuerint apposita. Quo pacto lucide patescit, signum illud vel symbolum, quo Constantinus sibi victoriam promitti putavit, illud ipsum esse, quo Eumenius numerum tricenarium invenit. Quaecunque autem figura fuerit, quam Constantinus in somnis vidisse existimavit, & Eumenius pro numero tricenario habuit, hoc certe verisimile est, characterem illum vel monogramma nominis Christi Constantinum non primum ex viso didicisse, sed dudum ante cognitum legisse & viso illi accommodasse. Non opus erat revelatione aliqua, ut Constantino nomen Christi innotesceret, quod dudum ubique coli noverat, sed characterem illum τȣ X & P cum sciret diu multumque aliis etiam verbis significandis, & ab ipsis Christianis, adhiberi *), eun-

*) Observavit Menckenius in Schediasm. de monogramm. Christi, cap. II, §. 3 usum illius notae non demum ex visione Constantini innotuisse, sed diu ante frequentatum a Christianis, maxime

eundem, ut notum, persuasit sibi in somnis visum esse, libenterque usurpavit propterea, quod eum commodis aptum interpretationibus videret. Nam ut Christianis eo charactere nomen & numen Christi repraesentare videbatur, ita gentilibus liberum erat, χρησμὸν, χρηστήριον, vel χρήσιμον legere, ut in eo charactere symbolum agnoscerent oraculo datum, & vi aliqua utilitateque praeditum.

§ 7.

Transimus ad reliquas partes visi Constantiniani. Eumenius dicit Apollinem cum Victoria coronas ei laureas obtulisse. Apollinis loco, manifestum est, Christianos scriptores Servatorem nominare, quem Eusebius

maxime in coemeteriis, esse. Id certum est, reperiri eum characterem in numo antiquo Ptolemaei Apionis, ubi probabiliter pro signo χρηστηρίου, seu oraculi Ammonis ab eruditis habetur. Vid. Jo Nicolai, de siglis veter. cap. 23, §. 7. Et Casaubonus in notis ad Diog. Laert. p. 59, observat, graecos veteres signo τοῦ Χ & Ρ conjuncti usos esse ad lectiores laudabilioresque sententias librorum notandas, appellasseque χρήσιμον, vel χρηστὸν. Eandem notam adducit Isidorus Orig. lib I, c. 20, & monet, eam ex voluntate uniuscujusque ad aliquid notandum poni.

sebius & Sozomenus *) referunt post visam crucem ei praecepisse, ut signum militare ad ejus similitudinem fabricari curaret, eoque tamquam praesidio in bellis uteretur. Ipse hoc Constantinus initio machinatus fuerit, ut Dei alicujus speciem sibi oblatam diceret, quam sciret, facile a Christianis pro Servatore posse haberi; an serio vereque existimarit Apollinem fuisse, & demum a sacerdotibus Christianorum, quos, teste Eusebio, consuluit, inductus Christum fuisse crediderit, id certo affirmari nequit. Posterius malo credere. Ipsi Christianorum doctores, quibus sollenne est gentilium deos cum Christo comparare, non alienas ab ea persuasione sententias foverunt: ipsi adeo Apollinis & Sibyllae oraculis subinde dicunt personam Servatoris esse patefactam **): & gentilibus quaedam usurpari solebant attributa & elogia Apollinis, quae eminentiore sensu Christo in sacris litteris tribui, veteres ecclesiae doctores non ignorabant. Qualia sunt, quae ipse Eumenius hoc loco recenset, quod sit *juvenis*, *laetus*, χρηστὸς καὶ φιλάνθρωπος, *salutifer*, σωτήρ. Neque igitur mirum fuerit, si Constantinus, Christianis maxi-

*) Hist. Eccles. lib. I, cap. 3.

**) Vide oraculum Apollinis Milesii apud Lactant. Inst. div. lib. IV, cap. 13, 11 & oracula Sibyllina apud eundem lib. IV, c. 18, & 19.

maxime ſuggerentibus, pro Apolline crediderit ſibi Chriſtum apparuiſſe, praeſertim cum illi doctores, ad demonſtrandum Chriſti ſalutarem adventum, non ſolum ad prophetarum ſed Sibyllarum etiam oracula provocare ſolerent, quas cum Apollinis fuiſſe vates & tamen de Chriſto vaticinatas eſſe dicerent, hoc ipſo facile perſuadere Conſtantino poterant, etiamſi Apollinem ſibi videre viſus eſſet, hoc ipſo tamen Chriſtum ei patefactum eſſe. Quam Victoriam Eumenius Conſtantino apparuiſſe dicit, eam Chriſtiani ſcriptores in meram promiſſionem victoriae convertunt. Euſebius & alii dicunt ſigno crucis adſcriptas fuiſſe litteras τέτῳ νίκα: alii, voce prolata haec verba eſſe, & quidem ab angelis adſtantibus, affirmant *), ut Sozomenus, Chronicon Orientale, & Hiſtoria miſcella. In quo notandum in primis eſt, quod de angelis additur. Hos enim quod Chriſtiani pingere ſolebant humeris alatis, eademque ſpecie Victoriae ſimulacrum apud gentiles erat, apparet, e figura aligera, quam Conſtantinus per quietem imaginatus erat, Eumenium Victoriam finxiſſe, Chriſtianos angelum. Non plane repudiaſſe Conſtantinum interpretationem Eumenii, Victoriam alatam intelli-

*) Sozom. lib. I, cap. 3. Chron. Orient. pag. 57. Hiſt. miſc. lib. XI, p. m. 332.

telligentis, testari videntur Constantini & sequentium Imperatorum numi, Victoriae simulacro frequentius insigniti, in quibus & sunt, ubi Victoria characterem nominis Christi corona vel clypeo insertum prae se fert *).

§. 8.

Jam comparatis historiae, ut ab utrisque scriptoribus narratur, partibus, ex temporis, loci, ipsarumque rerum consensu ea similitudo existit, quae fortuita & temeraria esse nequeat, & certum historiae fundum declaret, quae autem differentia in narrandi modo observatur, non nisi diversis narrantium sensibus & interpretationibus adscribenda est. Patet igitur usus insignis, qui e collato Eumenii testimonio capi possit ad judicium de toto Constantini viso ferendum. Ille enim primus rem adhuc recentem narravit, eoque maxime dignus est, ad quem in judicando respiciatur: caeteri omnes, nempe Christiani scriptores, loco & tempore remotiores sunt, qui quamquam ipsi inter se dissident, eoque rem vel incertis hominum rumoribus, vel recentiore ipsius Constantini persuasione mutatam

*) Talis est numus Flaccillae inter num. Ducis Croii, tab. 60.

tam referunt, ſinguli tamen ad Eumenium relati aliquid tenent, quod cum eo conveniat. Hic igitur fontem aperire totius narrationis videtur, & originem mirabilis viſi oſtendere, quod deinceps inter Chriſtianos vulgatum eſt. Chriſtiani ipſi ſic narrant; ut conjecturis & interpretationibus variis mutatum & interpolatum acceperant. Itaque I. duce Eumenio diſcimus primam & ſimpliciſſimam viſi Conſtantino oblati formam non aliam, niſi hanc fuiſſe, ut diceret, ſibi in ſomnis a divina aliqua ſpecie apparente oraculum aut ſignum datum, quo ſibi victoriae & magnum imperium ſponderentur. Hoc argumentum viſi Conſtantiniani tam variatum narrationibus, quod hactenus vidimus, tum gentilium tum Chriſtianorum eſt, tam diverſis quaſi pictum & exornatum figuris, ab ipſoque Conſtantino, certe ipſo permittente, gentilium & Chriſtianorum rationibus accommodatum, ut, etiamſi vere Conſtantino contigiſſe aliquod viſum concedamus, tamen quae vera ſit ejus narratio, quidue ipſe Conſtantinus primitus a ſe viſum narraverit, certo non poſſit conſtitui. Quamquam quae Eumenius de Conſtantini viſo dixit, ipſo praeſente & audiente, non probabile eſt fuiſſe ejusmodi, quae Imperator diffiteri aut improbare vellet. Quum Conſtantino victoriae & magnum imperium oraculo promiſſa dicerentur, Eumenius ad

haec designanda Apollinis, qui gentilibus semper Rex dicebatur, & Victoriae personas admiscuit viso, praesertim cum ista gentilium numina eo loco, quo visum contigerat, splendidissimo templo colerentur. Constantinus postea Christianorum in gratiam Christi personam substituit, & victoriae promissionem in ejus monogrammate & signo crucis fixit. Idem tamen, ubi non cum solis Christianis agendum esset, argumentum somnii sui, ut alio loco demonstrabimus, omissis aliis personis, una Sibyllae Daphnes specie, in numis proposita, complexus est, quod eam sciret pro vate Apollinis aeque ac Christi nuntia haberi, adeoque gentilibus pariter ac Christianis gratum fore putaret, quicquid ab hac sibi patefactum significasset. II. Hoc certius ex Eumenio intelligitur, somnium fuisse Constantini, non diurnum & coeleste visum. Ille enim si novisset, tam illustre & mirificum spectaculum clara die & una spectantibus multis Constantino evenisse, non neglexisset id rhetor extollere & exornare verbis ad majorem Imperatori gloriam comparandam. Ex ipsius Eusebii narratione apparet, coeleste visum & diurnum, si quod fuerit, nullum usum habuisse, quandoquidem Constantinus, qui ejus significationem ignorabat, alio somnio & viso

viſo edocendus erat *). III. Illud maxime ex Eumenii teſtimonio confirmamus, nullam in viſo Conſtantini vocationem ad Chriſtianiſmum, nullam Dei & Chriſti ἐπιφάνειαν aut oraculum divinum quaerendum eſſe, ſed aut merum ejus commentum & ϛρατήγημα, aut, ſi quid verae viſionis ei contigit, tale tamen id eſſe, quod cuivis alii Imperatori, belli curis occupato & imperii cupido contingere potuerit. Nam ſi

 viſum

*) Qui pro coeleſti & meridiano viſo etiam Lactantium militare putant, quod crucem coeleſte ſignum Dei vocet, illi falſa ejus vocis interpretatione inducuntur. Neque enim eo vocabulo indicare voluit, id ſignum in coelo apparuiſſe, quod ſi voluiſſet, id ante fuiſſet memorandum, ſed coeleſte vocat ſignum crucis eodem ſenſu, quo alias immortale & venerabile, & coeleſtem notam dixit. Vid. Inſtit. div. lib. IV, c. 27. Et plures Graeci Latinique ſcriptores ſine ullo reſpectu ad Conſtantini viſionem crucem vocant ſignum coeleſte, quoniam de ea plerique interpretantur locum Matth. XXIV, 30. Vid. Ger. Jo. Voſſius in theſ. theol. p. 228. Imo cum crucis in coelo apparitionem non memoret, ubi maxime neceſſarium erat, Lactantius, Conſtantini aevo proximus, eique familiaris, hinc tuto colligitur, nunquam eam factam eſſe, & Conſtantinum juſſum eſſe coeleſte ſignum notare ſcutis, quod ille dudum haberet cognitum, ſciretque inter Chriſtianos pro divino coeleſtique Chriſti ſigno haberi.

visum illud fuit ejusmodi, ut Eumenius, qui primus omnium refert, nihil aliud in eo, quam gentilium deorum speciem oblatam, & omen victoriae agnosceret, profecto nec Christiana religio eo commendata est, nec Constantinus de ea quicquam cogitavit. Si vero idem postea, bello gravi cum maxime incumbente visum suum ad sensum Christianum inflexit, ex eoque signum militare confecit, apparet, merum hoc strategema fuisse, quo voluerit in Christianos propensior, & singulari Dei auxilio adjutus videri. Omnia Constantini acta inde a principio suscepti imperii consideranti facile apparet, non aliud ei consilium fuisse, quam quod antiquis Triumviris, Syllae, aut Caesari, aut Octavio, aut aliis Imperatoribus, qui aemulos imperii habuerunt, fuisse legimus, ut imperium Romanum sibi soli assereret, aequales & aemulos dejiceret. Talia consilia qui agitat, num mirum est, si se oraculo aliquo excitari, aut Dei praesidio sibi adjuncto confirmari jactat? Solenne hoc multis Imperatoribus fuit, ut religione & oraculis uterentur ad parandam sibi auctoritatem, & incendendam virtutem militum. Philippi Macedonis quondam hoc fuit, qui Thebanorum & Thessalorum dux contra Phocenses, qui templum Apollinis Delphici spoliaverant, electus, ut vindictam in reli-

gionem

gionem verteret, omnes milites coronas laureas sumere jussit, ut Phocenses, insignibus Dei conspectis, conscientia sacrilegii territi, fugarentur *). Similius Constantini somnio, quod Antiocho Soteri evenit, cui, ut Lucianus refert **), adstans in quiete Alexander praecipiebat, ut tesseram ante pugnam militibus daret ὑγιαίνειν, atque illa victoriam consequeretur ***). Idem plane fecit Constantinus, qui

*) Justinus lib. VIII, cap. 2.

**) Orat. pro lapsu inter salut, Tom. III. Oper. edit. Basil. p. 202.

***) Fuisse hanc tesseram quidam putant figuram, quam Lucianus eodem libello paullo ante describit, quinquelinearem, ex triplici triangulo alternatim inter se juncto contractam, quorum quilibet angulus unam ex quinque litteris ὑγιεια continebat Quamobrem ea forma ab antiquis ὑγιεια sive Salus appellata est, alias pentagonum vel pentalpha dicitur. Sed Lucianus ipse nihil aliud dicit, quam ipsum vocabulum ὑγιαίνειν militibus pro tessera datum. Pierius Valerianus Hieroglyph. lib. 47, cap. 31. refert, Antiochum non solum tribunis pentagonum salutis symbolum pro tessera dedisse, sed & illud vexillis imponi & vestibus militaribus insui curasse. Alii praeterea, ut Tollius in praefat. ad Boilavii Gallicam Longini versionem. & Fabricius Bibl. Graec. Tom. VI. p. 17. affirmant penta-

qui crucis signo tanquam arcano praesidio animum addere militibus voluit, sed hoc ipso, quod signo illi arcanam, & quasi magicam vim pellendi hostes tribuit, somnium, quo illud ostendebatur, non divinum fuisse confirmat, neque id praeceptum a Christo. Neque enim religio Christi vi aliqua aut potentia humana nititur, neque Christo dignum fuit, victoria & multa strage hostium promittenda ad religionem suam amplectendam invitare Imo dolum fuisse Constantini non tam ad rem Christianam juvandam, quam ad animandos milites inventum, maxime confirmaverit simile Licinii Imp. exemplum, qui collegam & affinem imitatus in hoc videtur. Nempe Licinius, teste Lactantio *), haud multo post tempore, quum proelium cum Maximino committendum esset, angelum sibi quiescenti adstitisse, & certam precum formulam dictasse affirmabat, quam si milites reci-

pentagonum illud in coelo visum esse ab Antigono Macedoniae rege, adscriptumque ἐν τούτῳ νίκα. Sed horum nihil Lucianus habet, & nescio an alius quis Christianorum veterum Antiochi somnium viso Constantini sic assimilare voluerit.

*) De mort. pers. cap. 46.

recitarent, fore, ut victoria potirentur. Quantum moverit hic dolus, sic enim dicend s est, milites, statim addit Lactantius. *Crevit*, inquit, *animus universis, victoriam sibi credentibus de coelo nuntiatam.*

§. 9.

Quemadmodum visum ab Eumenio relatum nil nisi sensum gentilismi & dolum militarem Constantini prodere diximus, ita propius vero hoc esse, quam quod Eusebius retulit, tempora id consecuta demonstrant, quibus Constantinus rei bellicae magis, quam Christianae studium ex eo viso conceptum ostendit, gentilismi sensum diu retinuit, nec nisi serius, postquam se Christi sacris addixit, & inter Christianos tantum, Christi & crucis apparitionem videtur professus. Quamquam enim characterem nominis Christi, ad memoriam ejus visi, Maxentiano bello scutis notavit & signavit numis, hic tamen & aliam & minus Christianam interpretationem admittebat, nec totam Eusebii narrationem confirmat. Praeter hunc autem nullum Constantini monumentum exstat, quo memoriam visae crucis & Christi sibi apparentis servaverit, multa contra, numi praesertim, paganismi vestigia & Deorum

simulacra ostendunt. Nullo, inquam, monumento publico, quod exstet, Constantinus eam visionem sibi factam testatus est, quam Eusebius narrat, extat autem, quod ad Eumenii relationem respiciat. Numi, in quibus monogramma nominis Christi conspicitur, id tantum confirmant, quod Lactantius testatur, monitum esse per quietem Constantinum, ut coeleste signum Dei scutis notaret. Quod signum ex X & P compositum, quo minus a paganis pro mero oraculi dati h e. χρησμοῦ indicio haberi potuerit, nihil prohibet. Illam narrationis Eusebii partem, qua dicitur crux apparuisse cum adscripto *Hoc vince*, multo post Constantini mortem tempore Constantii & Vetranionis numi exprimunt, quibus Imperator stans cum labaro a Victoria coronatur cum inscriptione: HOC SIGNO VICTOR ERIS. Atqui ipsum hoc Eusebius non nisi post mortem Constantini eo libro, quem defuncto eo de vita ejus scripsit, memorat, cum in historia ecclesiastica, ubi proxima ejus rei narrandae occasio, & prope necessitas, aderat, nihil dixisset. Qua re, aut ego nihil plane video, aut certe hinc apparet, Constantinum, qui hoc extremis vitae annis narravit Eusebio, aetate provecta vel per se, vel aliorum persuasione inductum, primam illam visionem, quae nihil aliud, quam oraculum a specie aliqua divina per

quie-

quietem datum de victoria continebat, pluribus rebus auxiſſe & exaggeraſſe, ita ut coeleſtem praeſertim crucis apparitionem, eique adſcripta verba, & Chriſti apparentis praeceptum ex ingenio adderet, atque haec cum publice minus auderet jactare, maxime erga epiſcopos, quibus haec facile probari ſciebat, quorumque ſibi auctoritatem adjungere cum maxime cupiebat, praedicaſſe. Quae in numis & monumentis publicis ad viſum Conſtantini trahi poſſunt, Eumenii magis narrationi] reſpondent, & bellica conſilia ſapiunt. Victoriarum cum clypeis aut ſertis votivis ſimulacra frequenter in Conſtantini numis conſpiciuntur, & Vetranionis ille, quem paullo ante adduxi, Victoriae ſimulacrum, lauream Imperatori porrigentis, exhibet, quod plane cum Eumenii relatione convenit. Qua propter ex Conſtantini numis ad viſum ejus & omen victoriae datum ſpectare eum maxime arbitror, quo ſpecie Victoriae alatae inter ſpolia & tropaea ſedentis CONSTANTINIANA DAFNE proponitur, in quo nihil de Chriſto, ſed tantum, victorias ei oraculo aliquo promiſſas, nomine Daphnes, vaticinantis Sibyllae, ſignificatur. Quodſi hic numus, ut deinceps uberius a nobis demonſtrabitur, viſi Conſtantino oblati ſpeciem multo verius ſinceriusque refert, quam Euſebii narratio, illud profecto ſtatuendum eſt, quod

 initio

initio dicebamus, viſum illud, ut primum Conſtantino oblatum eſt, nil niſi technam bellicam Imperatoris fuiſſe, qua auxilium ſibi divinitus adjunctum perſuadere hominibus voluerit ad bella felicius gerenda, poſt autem meditato conſilio Conſtantini & impulſu Chriſtianorum factum eſſe, ut in formam Chriſtianae rei accommodatam defingeretur, Chriſtique perſona & ſignum crucis induceretur, quibus apparentibus illum dicerent, quaſi Paulum Apoſtolum, coelitus vocatum ad religionem Chriſti amplectendam & cum imperio propagandam *). Rectius tamen judicabunt, & quid veri ei traditioni inſit, facile videbunt, qui Chriſtianae religionis rationem a vi & armis ſejunctam, Conſtantini contra pronum ad continua bella animum conſiderent, &, ſi vere ei oſtentum aliquod & omen victoriarum contigit, id pro incentivo potius multorum bellorum, quam principio amplificandae rei Chriſtianae habebunt. Nihilo minus divinam providentiam his in rebus verſatam, & ea ipſa, quae perperam fiebant, ad

*) Ita de Conſtantino M. ſentit Theodoretus hiſt. eccleſ. lib. I, cap. I. Ἰσαπόστολον vocatum eſſe, vel τὸν ἐν χριστιανοῖς βασιλεῦσιν Ἀπόστολον, probat Valeſius ad Euſeb. vit. Conſtant. lib. IV, cap. 60.

ad usum & amplificationem ecclesiae vertisse, nemo sanus negabit. Caeterum quem animum & sensum ipse Constantinus de viso sibi oblato habuerit, declaravit, opinor, numus, quem dixi, *Constantiniana Dafne* inscriptus. Qui quoniam & memorabilis in primis, & variis interpretationibus vexatus est, & vero ad declarandam, quam de viso Constantini dedimus, sententiam plurimum confert, age ei explicando & illustrando sequens caput dissertationis nostrae dicabimus.



II.

LOCI CURTIANI VEXATISSIMI EMENDATIO TENTATA

AB

JOH. FRED. CLOSSIO.

Valde Criticorum ingenia exercuit locus Curtii III, 2, 17.

Erat Dario mite ac tractabile ingenium, nisi etiam suam naturam plerumque fortuna corrumperet.

Difficultas haeret in vocabulo *suam*, quod varie, vel interpretari, vel emendare, adgressi sunt.

Interpretationes, quotquot prolatae adhuc fuerunt, satis duras & longe petitas esse, vere monuit *Perizonius* ad Sanctii *Minerv. Lib. II. Cap. XII. n. 1. p. m. 21.*

Videa-

Videamus igitur, num felicius ſucceſſerint emendationes.

Laudatus *Perizonius. l. c.* non dubitat, ſcripſiſſe Curtium: *niſi* ſua *naturam plerumque fortuna corrumperet.* Quod ſimile eſſet illi Statiano *Silv. V.* 2, 13. *ſeq.*

> — *anguſtis animus robuſtior annis*
> *Succumbitque oneri*, & mentem ſua non capit aetas.

Sed primum non bene eiicitur particula *etiam*, ut quam non modo plerique codices exhibeant, ſed ipſa quoque ſententia requirere videatur. Ita mox §. 18. *Homines, quum ſe permiſere fortunae*, etiam naturam *dediſcere.* Deinde, an *ſua fortuna* recte ad *naturam* referatur, vehementer dubito. Quid enim eſt, aut eſſe poteſt, *naturae fortuna?* Neque tollitur difficultas, ſi *ſua fortuna* exponas *fortuna illius hominis, qui eam naturam habet*: qua ratione Statianum *ſua aetas* interpretatus eſt *Gronovius Diatrib. in Stat. Cap. XXXXVIII. extr. pag.* 320. Nam *ſua*, ut ibi ad Criſpinum refertur, ita heic ad Darium eſſet referendum. Obſtat autem adjectum *plerumque*, quod, quae a Curtio dicuntur, non ad unum aliquem, ſed ad plures, pertinere, indicat.

Tan. Fabro Epiſt. I, 51. *p. m.* 170. valde veriſimile fit, legendum eſſe: *niſi etiam* bonam

nam *naturam plerumque fortuna corrumperet.* Aptiſſime quidem, ſed nimis confidenter, ut recte monet *Schefferus.* Voces enim *ſuam* & *bonam* diſſimiliores ſunt, quam ut a librariis tam facile permutari potuerint.

Vonckius in *Act. Acad. Theodoro-Palat. Tom. I. pag.* 158. pro *ſuam* reſcribit *ſummam*, & *ſummam naturam* exponit *ſummas naturae dotes.* Quae quidem conjectura eo nomine probabilis videri poſſet, quod vocabula *ſuus* & *ſummus* alibi quoque inter ſe commutari conſverunt. Vid. Drakenborchius ad Livii V, 11, 16. Sed vereor, ut *natura*, pro *naturae dotibus* accepta, apte dicatur *ſumma.* Quis enim umquam ita locutus eſt, ut, *magnas*, *mediocres*, *exiguas*, *naturae dotes* ſignificaturus, *magnam*, *mediocrem*, *exiguam naturam* diceret? Atque, ut *naturam* hoc ſenſu apte *ſummam* dici largiar, ecqua inter *ſummam naturam*, & *mite*, quod praecedit, *ingenium* eſt adfinitas? Nemo ſane inter naturae dotes miti ac tractabili ingenio primas tribuerit.

Cl. *Buttinghauſen* in *Bibliotb. Hagan. Claſſ. III. Faſc. I. Art. VI. pag.* 177. pro *ſuam* reponit *ſuavem*, putans, *mite ingenium* a Curtio recte explicari potuiſſe per *ſuavem naturam.* In quo vehementer fallitur. *Mitis* enim *lenem*, *clementem*, *non ferum*, *non crudelem*, ſignificat: *ſuavis* autem *jucundum*, *comem*,

comem, non tristem, non severum. Unde adparet, *suavem* & *mitem* multum inter se distare, neque *mite ac tractabile ingenium* recte *suavem naturam* dici. Quod si vero *suavis natura* suo sensu, id est, pro *comitate*, accipiatur, nemo erit, quin in re proposita Darii *suavitatem* loco non suo commemorari statim sentiat.

Confutatis aliorum emendationibus, superest, ut meam in medium proferam, facilem illam, & ita obviam, ut mirer, eam nulli Criticorum ante me in mentem venisse. Pro *suam* quippe lego *sanam*. Cui emendationi non leve praesidium est in sequente verbo *corrumperet*. Nam *sana* & *corrupta* sunt contraria. Cicero *de opt. gen. orat. Cap. III. Qui* incorrupta sanitate *sunt*. Orosius *Lib. IIII. Cap. VI.* Sanas *enim atque* incorruptas *offerri hostias mos est.*

Vocabulum *sanam*, per compendium *snā* exaratum, quam facile in *suam* degenerare potuerit, quilibet videt. Ejusdem hujus permutationis exemplum attulit *Morellus* in libello, bonae frugis plenissimo, *Elémens de Critique* inscripto, qui ante hos undecim annos Parisiis prodiit, *Part. II. Cap. II. §. 5. n. 14. pag* 240. Et *sanam* pro *suam* etiam *Barthius Advers. XVIII*, 18. voluit in illis Flori *III*, 21, 12. *Itaque vi patriam reposcens, unde vi fuerat expulsus, poterat videri*

jure

jure agere, *nisi causam* suam *saevitia corrumperet*. Sed parum consulte, ut post *Gronovium l. c. pag.* 321. recte monuit *ad h. l. Dukerus*. Quis enim *sanam causam* pro *bona* umquam dixit? Neque, qualis ea fuisset causa, addendum erat, quum praecedens *jure agere* bonam fuisse satis jam abundeque innuisset. Nec vero, ut ὡς ἐν παρόδῳ hoc adiiciam, *Gronovius* Flori verba bene exposuit, vocem *saevitia* nominandi casu accipiens. Est enim sexti casus. Sic Ovidius Trist. I, 1, 26.

Causa patrocinio *non bona pejor erit.*

III.

III.

JULII OBSEQUENTIS

LOCUM, VULGO NON INTELLECTUM,
EXPONIT

JOH. FRED. CLOSSIUS.

Julius Obſequens *Cap. XXXVIII.* inter alia prodigia refert *puerum, ex muliere ingenua natum, a parte priore alvo aperto, ita, ut nudum inteſtinum conſpiceretur.*

Haec verba *Schefferus* ita interpretatur: *Foramen, per quod faeces egeruntur, circa ventrem imum non a poſteriore parte, ſicut natura conſtituerit, ſed a priore fuiſſe, perque id foramen exiiſſe inteſtinorum partem ultimam.* Quam interpretationem amplexi eſſe videntur, qui poſt *Schefferum* edendo Julii Obſequentis libello operam navarunt, Duumviri clariſſimi, *Oudendorpius & Kappius*, ſiquidem neuter ad eam quidquam monuit,

Ponuntur itaque duo partus hujus monstrosi vitia, unum *ani situs perversus*, alterum ejusdem *ani procidentia.* Neutrum autem ex verbis Julii, recte intellectis, exsculpseris.

Alvus est *venter*, significatione notissima. Hic *apertus* dicitur, quod integumenta quae Anatomici vocant communia, cum musculis abdominis & peritonaeo, vel deerant, vel disrupta hiabant. Quibus deficientibus, vel hiantibus, *intestinum*, hoc est, intestinorum canalis, oculis patebat.

En simplicem, suaque, ni fallor, luce radiantem interpretationem!

Multa similium monstrorum exempla, in unum collecta, exhibet G. A. FREDII Disp. *de fetu intestinis plane nudis, extra abdomen propendentibus, nato*, Argent. 1760. habit. *pag. 6. seqq.*

IV.





IV.

CONTINUATIO VARIARUM LECTIONUM IN COMMENTARIO MACROBII IN SOMNIUM SCIPIONIS *).

pag. 50.

Esse sententiae ipsius fronti templi	*Essentiae in templi ipsius fronte*

 in

*) Equidem statim, quum varias has lectiones percurrerem: animus mihi erat, eas omnes rescindendi, quae vel aperta descriptoris vitia esse, ejusque & ignorantiam & oscitantiam prodere, vel saltem ad emendandum aut illustrandum MACROBIUM vix ac ne vix quidem aliquid facere posse, videbantur. Sed viri doctissimi, qui omnia & singula collata describendi onus sibi impositum voluerat, sollertem diligentiam plane fallere nolui. Nunc vero in sequentibus illa utar libertate, & adeo eas tantum exhibebo, quae, meo judicio, aliquam criticorum attentionem mereri possent. F. St.

in se	*ipse*
effecit	*efficit*
absolutionem	*absolutione*
facile	*item facile*
vel ignorando	Om. *vel*
prodendo.	*postponendo*

pag. 51.

claros	*clariores*
relegaverit	*relegaverat*
deputat	*dat*

pag. 52.

sermo iste	*& cum sermo*
profecti	*profectae*
arbitraremur	*arbitrabamur*
fortuitis	Add. *etiam*
referri	*reservari.* Sed hoc a manu secunda, quae priorem scripturam sic erasit, ut nullum ejus adpareat vestigium. Ex spatio tamen, quod ea occupavit, veri fit simile, scriptum fuisse *referri.*
tamen alia	*talia tamen*
arbitramur	*arbitrabamur*

pag. 53.

pag. 53.

vita eſt eſſe	*vitam eſſe*
credidit fabuloſa perſuaſio	*fabuloſa perſuaſio credit.* Sed a manu ſecunda correctum *credidit.*
ipſis humanis	Om. *ipſis*
ſolamque eſſe in corpore vitam putantis	*ſolam quoque in corpore vitam putatis eſſe*
putarunt	*putaverunt.* Sed hoc a manu ſecunda, quae priorem ſcripturam, ſpatium paullo minus occupantem, eraſit.
animos	Om.
odiorum	Haec ſecundae manus ſcriptura eſt, quae priorem ſic eraſit, ut tamen, *animos* ſcriptum fuiſſe, ſatis adpareat.
uſu	*viſu,*

pag. 54.

qui in	Om. *in*

pag. 55.

incubator	*incubitor*

pag. 57.

mundi ipſius	*mundi iſtius*

pag. 58.

inferorum loco alii	*in quae*
quae est pars	*qui est pars*

pag. 59.

signavimus	*significamus*

pag. 60.

longiorem	*per longiorem*
mortibus	*mortes*
ad hanc	*cum ad hanc*
capricornus	*& capricornus*

pag. 61.

nascendi	*nascentibus*
cogitetur	*consideretur* a manu secunda
per hominis	Om. *per*

pag. 62.

ergo	*vero*

pag. 63.

materialis	*naturalis*
cernimus	Add. *mundi*
traditur	*traditus*
quia	Add. *&*
sed &	*sed in*
vocatur	*dicitur*
agendi	*augendi*
ingressu	*in ingressu*
& est haec	*haec est*
hoc	Om.
faex rerum divinarum est	*est faex divinorum*

pag.

pag. 64.

includitur	*inducitur*
moveat	*te moveat*

pag. 65.

tempus	*corpus*

pag. 66.

revertatur	*deducitur*

pag. 67.

& coelo	*in celo*
nec tam	*nec tamen*
quam ante	*ante quam*

pag. 68.

inquit	Add. *ille*
injussu	*nisi injussu*
a deo	*adeo*
defugisse	*diffugisse*
moriendum	*pereundum.* Sed ab eadem manu supra scriptum *moriendum.*

pag. 69.

praestant	*parant*
exuitur	*exuit*
virtutum ordine quae	*ordine virtutum quo*
ait enim	Om. *enim*
clausit	*clauserit eum*

pag. 70.

ita	Add. *dico*
domino	*a domino*

sibi sua	Om. *sibi*
corporeis	*corporis*
dissolvunt	*absolvunt*. Sed a manu secunda supra scriptum: *vel dissolvunt*.

pag. 71.

vere	*& vera*
deseritur	*dissolvitur*
pure	*purae*
rupto	*ex rupto*
ipsa necessitas	Om *ipsa*
vinculum	*vinculis*
constet	*constat*
abruptum	*obrutum*
facultas numquam sit	*nunquam facultas sit eis*
profectum	*perfectum*
hoc est, quod	Om. *quod*
filium	Add. *suum*

pag. 72.

non potest	*non poterit*
numquam posse videri	Om. *posse*
ut templa	Om. *ut*

pag. 73.

quodam	*quidam*
praestat	*parat*
est & vocatur	*& est & vocatur*
reliqua duo	Add. *id est*

pag.

pag. 74.

creans	Add. *sibi*
ab anima natura	*natura ab anima*
ex	*&*
prima	*prius*
corporum caducorum	Om. *corporum*
solis humanis	Om. *solis*
quia	Add. *haec*
facile	*facie*
duo quoque	*duoque*
comitatur	*imitatur.*

pag. 75.

puritati	Add. *ejus*
& maria	Om. *&*
& ut	Om *&*
testatur	*testatus est*
eumdem semper	Om. *semper*
intuenti	*intuentibus*
commemorat	*cognoverat*
animi	*animae.* Sed eadem manus supra diphthongum *ae* posuit vocalem *i*
vocatis	Add. *dicit nos animatos*
ipsis	*illis*

pag. 76.

quae divinis	Interseruit aliana manus; *globatae & rotundae*

 ἐντε-

ἐνἰελέχειαν	*endelchiam, id est, interiorem hominem*
dispersum	*diffusum*
Zenon	*Zenò*
aëra	*aërem*
Bothos	*boetius*

pag. 77.

Andromeda	*ut andromeda*
& quaecumque	Om. *&*
sed &	Om. *&*
convenerant	*conveniunt*
a forma	*formam*
soliditate	*soliditatem*
corporis	Om.
deferatur	*requirat*

pag. 78.

utrimque	*utrumque*
modus	*motus*
omnes	*omnis*

pag. 79.

proferamus	*proferemus*
&	Add. *ideo*
orae	*horae*
limitis	*luminis*
omnes	*omnis*
spatiis quae	*spatiisque*
plurium	*plurimum*
obliquavit	*obligavit*

pag.

pag. 80.

venire	*evenire*
ut aut	*aut ut*
sol ipse	Om. *ipse*
duo	Add. *sunt*
ustae	*perustae*

pag. 81.

decurrat	*discurrat*
supersunt	Add. *id est*
sed	*&*
quem	*quando*
efficiendo	*conficiendo*
habitationes omnium	*habitationes hominum*
omnium verticem	*hominum verticem*
singulorum	*oculorum*
hinc	*hic*
in se	*intra se*
venerit	*devenerit*
dimiseris	*dempseris*
sumetur	*sumatur*

pag. 82.

saepe	Om.

pag. 84.

licebit	*licet*
dimensionum	*divisionum*
constat	*constitit*
ad circum	Add *suum*
brevitate sui	*sub brevitate*

pag. 85.

radiis solis	*radiis suis*
hominum generi	*homini*
supra lunam	*super lunam*
feruntur	*referuntur*
corpus	*opus*

pag. 86.

excolenda	*colenda*
& si illi	Om. *si*
& versantur	Om. *&*
contrario	*e contrario*
ideo vero	*ideo cum*

pag. 87.

qui vere	*qui ve*
deum vero	Add. *vocavit*
& dicitur soror	*ejus autem juno soror dicitur*
alii	Om.
credibilem	*incredibilem*

pag. 88.

veteribus	*a veteribus*
quam coelum vertitur motu	*motu quam celum volvitur*
ferantur	Om.
ut alia	*aut alia*
sui	*sibi*

pag. 89.

semper ut aliae	*ut aliae semper*
vicinae sunt	Add. *sibi*
quoque	Om.
pluresve	Om. *ve*
in occasum	*ad occasum*
revolvantur	*revolvuntur*
singulorum	*signorum*
exordium	*exemplum*
notabilior	*nobilior*

pag. 90.

demersus	*dimensus*
superoccidens	*super occidens*
quotidie	*cottidie*
mergit	*mergitur*
metitur	*meatur*. A manu secunda *metiatur*
unum emetiatur	*suum meciatur*
praestat	*parat*
alia pars	*illa pars*
Taurus &	Om *&*
adverso	*averso*

pag. 91.

in occasum	*in occasu*
recedit	*redit*
leonem	*& leonem*
eligimus	*elegimus*

pag.

pag. 92.

id est	Om.
hoc est	Om.
locatum	Om.
tamen	&
edixerint	*dixerint*
supra	*super*
supraque	*superque*
regione	*a regione*
caelum suum	Om. *suum*
plus	*plusve.*

pag. 93.

recedit	*recessit*
confudit	*confundit*
includit	*concludit*
meliorem	*veriorem*

pag. 94.

quia	Add. *non*
est	*sit*
ut multo	Om. *ut*
perferentem sensum caloris	*sensum caloris perferentem*
devebit	*evebit.* Sed eadem manus correxit *devebit.*
quosve	*quos vero*

pag.

pag. 95.

infimoque orbi	*in infimo orbeque*
deinde	*denique*
adjectio	*objectio haec*
quam	*quia*
temperat	*temperatur*
ulla	Om.
divisionem	*dimensionem*
verbum	Add. *fere*
hanc	Om.
notandum	Add. *est.*

pag. 96.

Martium	*mercurium*
rutilat Martis	*rutilat mars*
malivolentia	Add. *ascribatur*
in medium	*in medio*
lectam	*electam*
conveniunt	*convenient*

pag. 97.

interventus	*intuitus*
Hinc	*Hic*
& *Veneria*	Om. *&*
commodant	*accommodant*
commodi	*incommodi*
apta	*alta*
si faciunt	*Sic faciunt*

pag. 98.

& princeps	*sed princeps*

pag. 99.

teporem	*temperiem*;
propter	*per*
brevis	*si brevis sit*
interimat	*interimit*
haec	*hoc*
solem mundi	Om.

pag. 100.

a sole	Om. *a*
explicabitur	*explicamus*
ut &	*ut haec*
praedicatione	*ratione extulis*
nutante	*mutante*
terrae magnitudinem	*magnitudinem ejus*

pag. 101.

constabat,	*constabit*
illud	*istud*
summum	*imum*
ducitur	*deducitur*
faciunt	*facies*
extenditur	*distenditur*

pag. 103.

geometricis evidentissimisque	*evidentissimis geometricisque*
de ipsis	*ex ipsis*

cave-

caveremus	*caverimus*
justo	*in isto*
multiplicatur	*multiplicata*
currit	*discurrit*
conclusione	*exclusione*
oratio	*ratio*
constitit	*constat*
quibuscumque vel incolitur	*vel incolitur a quibuscumque*
tantum ambitus	*ambitus terrae tantum*
usque ad	Om. *ad*
circuli	*eundem circulum*

pag. 103.

erit integra	*integra erit*
sexies	*septies*
fecit	*facit*
deprehenderint	*comprehenderint*
meat	*currit*
die	Add. *autem*
umbram	Add. *stili*
nota	*notae*

pag. 104.

nona	*nova*
constitit	*constant*
antelatis	*ante latis*
partem perfecte consideraveris	*consideraveris partem*

diametri	Add. *esse*
excerpta	*excepta.*

pag. 106.

constituta	*constitutum*
designatum	*designato*
haec ipsa	*haec eadem*
ille	*illo*
propior	*prior*

pag. 107.

quod requirat	*quid requirat*
deviare	*discurrere.* Supra scriptum: *vel deviare.*

pag. 108.

annunciarent	*nunciarent*
foratus	*perforatus*
aquae	Add. *atque*
influere	*infundere*
in id	*in idem*
reverteret	*reverteretur*
in illa	*in illam*
parte	*partem*

pag. 109.

item ejus loci stella quae	*inter ejus loci stellas qui*

cum

cum primum	Om. *primum*
consummata	*consumpta*
quod non nocte una sed	*& quod non in nocte una si*

pag. 110.

circum ipsum	Add. *signorum*
iidem illi	Add. *prodiderunt*
nihilque	Om *que*
maluerint	*maluerunt*
prodiderunt	Om.
ajunt	Add. *enim*
quasi	Om.
lucis	*ceu lux*
sint	*sunt*
numinum	*luminum*
post hunc	Om. *hunc*
scorpio	*scorpione*
domini	*dii*
fuerant	*fuerunt*
in assignandis	Om. *in*
inciperet	*incipiat*
adjectio	*objectio*
capricornum	*& capricornum*
praecesserat	*praecesserit*

pag. 111.

fuerat	*venerat*
Notandum	Add. *est*

hunc	Om.
dedit	*dederit*
volui	*voluit*
laudari	*non laudari*
divisus	Add. *fit.*

pag. 112.

& de aëre	*de igne*

pag. 113.

expediat	*expediet*
ſequitur	*quidem ſequitur*
vocatus eſt	*vocatur*
pars illa	*pars enim*
acceſſum	*in acceſſum*
eam patitur	*compatitur*
circumvallantis	*vallantis*
relapſa	*relapſum.* Sic eadem manus reſcripſit, quae prius *relapſa* ſcripſerat
cujus cum alia innumera ſunt argumenta	*argumento ſunt tum alia innumera.*

pag. 114.

in terra	*integra*
abrumpit imbres	*abrumpit in imbres*
defluit	*diffluit*
incolimus	*ita incolimus*

nivium

nivium	*niviumve*
vel grandinum	Om. *vel*
defluere	*fluere*
omnia pondera	Om. *omnia*
fit aëris	*fit aëris*
sub pedibus	Add *inferior*
dejicerent	*dimitterent*

pag. 115.

ut indubitabili	*cum indubitabili*
opitulantur	*opitulabuntur*

Lib. II.

pag. 116.

Eustathi	*Eustachi*
dilectior	*clarior delectabiliorque*
Quis hic	*Quid hic*
Hic est	*Et hic est*
disjunctus	*distinctus*
parte	Om.

pag. 117.

vis est	Om. *est*
modorum	*duorum*
desinat	*erumpat*
moderetur	*moderaretur*
editur	*educitur.*

pag. 118.

modulaminis	*modulationis*
ſtata	*ſtatuta*
impulſibus	*impulſionibus*
deprehendendi	*deprehendit*
malleolos	*malleos*
malleolos	*malleos*
vertit	*convertit*
ſimiles	Add. *erant.*

pag. 119.

quadruplus	*quadruplaris*
ut ſunt quatuor	Om. *ſunt*
eſt vocatus	*vocatur*
Hemiolius	Add. *numerus*
numeratur	*nominatur*
Quadruplus	Add. *numerus.*

pag. 120.

vocaverunt	*vocitaverunt*
deprehenſum	*deprenſum*
hi duo	Om. *duo*
ducenta quadraginta tria	CC. XL. III.
ducenta quinquaginta ſex	*ducenti*. L. VI.
ex epitrito	*in epitrito*
hemitonio	*ſemitonio*

de

de sex	*ex sex*
de duplari	Add. *numero.*

pag. 121.

juvabit	*adjuvabit*
trina	*terna*
subjicienda	*subjacencia*

pag. 122.

efficietur	*efficitur.*





V.

CONJECTURAE CRITICAE
AD
HERODIANUM
ERUDITORUM EXAMINI SUBJECTAE
A

FRIDERICO GEDIKE
PRORECT. GYMN. BEROL. FRIDERICIANI.

HERODIANUM optimis elegantissimisque historiae Rom. scriptoribus adnumerandum esse, nemo facile inficias ibit. Quare non omnino ingratum fore confido viris graecarum litterarum amantibus huncce meum qualemcunque laborem, quo nonnihil conferre audeo ad faciliorem hujus scriptoris intellectum, emendatioremque ejus recensionem, quae prorsus deest adhuc. Quod tamen eruditorum desiderium brevi, ni vana auguror, expleturum spero Cl. IRMI-

MISCHIUM sua, quam promisit, Herodiani editione. STROTHIUS quoque, V. C tribus programmatibus, quibus lectiones Codicis Venet. (in catalogo ZANETTI & BONGIOVANNI) dijudicavit, suasque etiam hic illic emendationes adspersit, omnium laudes gratiasque merito reportavit. Sunt quidem, qui totum hoc, quod meris conjecturis impenditur, studium flocci pendant. Isti vero nunquam mihi cogitasse videntur, quam claram saepe lucem conjectura, non audax nimium, locis obscuris adfundat; quam saepe, si ipsa vera non sit, viam saltem verae lectionis investigandae sternat, immo quam saepe postea codicum msc. auctoritate firmetur. — Exstant porro inter has meas emendationes nonnullae, quas deinde ab aliis jam occupatas cognovi; quod forsan in pluribus etiam, quam nunc quidem scio, accidit, quum praeter editionem Boeclerianam tertiam nonnisi Oxoniensis ad manus mihi fuerit. Est vero hoc omnium ferme Criticorum quasi commune fatum, ut saepissime emendationes suas ab aliis jam antea tentatas inveniant. Quod quidem partim molestum, partim jucundum esse solet. Dolemus enim, dum, quem primi tenere volebamus locum, ab alio jam occupatum animadvertimus. Laetamur vero simul, quum inde non parvum momentum

emendationi noſtrae adcedat. Majori enim veritatis ſpecie induitur quaevis emendatio, quam poſt primum auctorem alius quoque, non dico probat — (id enim minorem vim habet) — ſed ſuo ſtudio, aut, quod magis etiam valet, eodem, quo ille, caſu invenit; ita, ut poſtea demum videat, ſero nimis ſeſe veniſſe. Qua de cauſa mihi quidem non vituperandi, ſed laudandi potius videntur, qui & has praereptas jam conjecturas indicant, dummodo bona fide agant, nec, ut nonnunquam fit, inveniſſe videri velint, quae didicerunt. Verum ad rem! In capitum diviſione BOECLERUM ſequor.

Lib. I.

C. 4. §. 10. πρὸς τυραννίδος ἀκρασίαν — Mallem ἀσφάλειαν. Nam ἀκρασία non bene convenit ſequentibus. Marcus enim docere vult, quomodo princeps tutus vivere poſſit (ἀκινδυνῶς). Ad hanc vero rem non ſufficere oſtendit nec pecuniam nec ſatellitum agmina.

Lib. II.

C. 1. §. 5. εἰς το Αρισειον — Vox haec jam diu turbavit Herodiani interpretes. *Sylburgius* legi volebat προασειον, quod minime mihi quidem placet. *Memmius* ex *l*. 4. *c*. *I*. §. 7.

§. 7. colligit, ſignificari commune principum monumentum. Eandem explicationem nuperrime amplexus eſt *Strotbius* V. C. „Locum, inquit, denotare videtur, ubi *οἱ ἀϱιστοι* ſepeliebantur. Conf. *l.* 4. *c. I.*“ — Sed velim primo ſcire, quinam ſint *οἱ ἀϱιστοι*; ſoline imperatores — (quod contra omnem omnium & Herodiani inprimis uſum loquendi pugnat) — an etiam alii, genere illuſtres? — Deinde an noctu licuiſſet corpus Commodi in publicum imperatorum monumentum deportare? Quod vero maxime militat contra explicationem doctiſſimi *Strotbii*, cujus ut alia ita & de Herodiano merita lubens agnoſco atque ſuſpicio. Aelius Lampridius Commodum bis humatum eſſe narrat. Primum enim clam per noctem ſepultus eſt (C. 20. in Com.) Idem Dio Caſſius, vel potius Xiphilinus tradit, ſecundum quem Commodus inſciente ſenatu & populo terrae traditus eſt. Quum enim plebs, ut ſtatuas ejus, ita etiam corpus trahere & lacerare vellet (quod ipſum Lampridius habet l. c.): Pertinax dixit: *τῃ γῃ ηδη κεκϱυφθαι τον νεκϱον.* Poſtea vero, ſedato ſcilicet primo populi tumultu, corpus Commodi in monumentum Adriani translatum eſt. Haec ſunt verba Lampridii (c. 17. in Comm.) Hoc vero Adriani monumentum ſine dubio eſt idem illud templum, cujus Herodianus meminit l. 4. C. I.

ad

ad quem locum cum *Memmio* provocat *Strothius*, ενθα Μαρκου τε και των προ αυτου βασιλεων (hinc & Adriani, ad cujus familiam, jure ſaltem adoptionis, pertinebat Marcus) — ἱερα μνηματα δεικνυνται. Ex his clariſſime elucet, hoc imperatorum publicum monumentum non eſſe poſſe idem quod Αρισειον, quoniam (ut ex Herodiani cum Lampridio comparatione apparet) in hoc prima, in illo ſecunda demum Commodi ſepultura facta eſt. In eam itaque deducor cogitationem, vocem hanc, quum praeſertim, ſenſu ſcilicet ad hunc locum adcommodato, apud nullum alium auctorem occurrat, minus recte hic legi. En conjecturam meam! Lego Αρεος aut Αρεως (qua forma noſter utitur l. 4. c. 2 § 11. qui locus etiam quodammodo confirmat emendationem meam) πεδιον. Quam facile ex ΑΡΕΟΣΠΕΔΙΟΝ enaſci potuerit ΑΡΙΣΤΕΙΟΝ, nemo non videt. In Campo Martio vero quam ſaepiſſime viros nobiles, inprimis imperatores non ſolum crematos eſſe, ſed ſepultos etiam, id equidem poſſem magno exemplorum numero confirmare. Sufficient ex plurimis pauca. Primum *Syllam* in campo Martio honoris cauſa ſepultum tradit Appianus. Idem Plutarchus docet, qui *Lucullo* quoque eundem honorem habitum narrat. Porro *Marcellus*, filius ſororis Auguſti, in campo Martio ſepultus eſt, ut diſerte narrat Servius ad Virg. Aen.

Aen. l. VI. v. 873 & 874. Ipſe deinde *Auguſtus* (Sueton in Aug. c. 100. Tacit. An. l. 1. c. 8. ubi inter alia Tiberius campum Martium vocat ſedem ſepulturae deſtinatam). Mauſoleum quoque Auguſti in campo Martio ad ripam Tiberis erat exſtructum (conf. Strabo ed. Caſaub. p. 236) Ibidem *Germanicus* ſepultus eſt (Tacit An l. 3. c 4.) & Britannicus (Tacit. An l. 13. c. 17). Sed ohe! jam ſatis eſt exemplorum, quorum & ex Dione multa adhuc congerere poſſem, ſi opus eſſet. Non ſine ratione igitur meam emendationem ad veritatem proxime accedere credo, donec aut aliam faciliorem certioremque protulerint eruditi, aut ſaltem aliam huic loco convenientem αϱιϛειϛ ſignificationem oſtenderint.

C. 9. §. 7. αλλως εϛωτι — Lego ασσον, ut & *Politianus* legiſſe videtur, qui habet: *proxime*. Eſt quidem haec vox poetis maxime uſitata, occurrit tamen etiam in ſolutae orationis auctoribus. Immo noſter nonnunquam pro vulgaribus utitur poeticis.

C. 11. §. 6. τοσαυτην εφοδον ϛϱατου — Mallem τοσουτου, ut ſtatim §. 10. μετα τοσȣτȣ ϛϱατȣ.

L. 5.

Lib. III.

C. 1. §. 16. την αρχην των υϛερον καθηγηκοτων — Iteratum iſtud αρχην ſine ulla controverſia ſpurium eſt, & ex priori natum. Lego ακμην. Politianus quoque habet: *vires*, quem ſenſum, neceſſarium utique, voci αρχη non facile extorſeris. Scripſeram haec, quum ex *Strothii*, V. C. Programmate, qui αρετην, quod eodem redit, legi vult, diſcerem, jam Sylburgium emendaſſe ακμην aut ισχυν.

C. 6. §. 15. ὡς χοιροις — Porci huic loco minime conveniunt. Lego χοροις. Hoc quoque jam ſcripſeram, quum ex epiſt. Tan. Fabri ad Gronovium intelligerem, illum jam ita correxiſſe. Sed magis etiam laetabar, quum hanc ipſam emendationem autoritate codicis Venet. (apud Strothium) extra omnem dubitationis aleam poni viderem.

C. 10. §. 13. ουδεν ἑτερον αλλ' η μεριςαμενος — Non adſentior *Hoogevenio*, qui (ad Viger. de idiot. ed. Zeunii p. 461.) exiſtimat, deeſſe poſt αλλ' η negationem, aut ſubaudiendum eſſe participium παραλιπων. Senſus enim non eſt, ut ille vult, Plautianum omnibus ornatum fuiſſe honoribus, excepto ipſo imperio; ſed potius, Severum utique ipſum imperium, ſi non nomine, at re

re tamen cum Plautiano communicasse: ita ut post ουδεν ἑτερον subaudiendum potius sit ποιησαμενος, Latinorum more. *Haud secus ac si ipsum cum eo divisisset imperium.* Quam interpretationem firmant sequentia: ἥπερ εκεινος αποχρωμενος, quo communicato imperio abutens ille, Plautianus videlicet, & quod idem Plautianus (de hoc enim certissime sermo hic est, non de Severo) fuisse dicitur φοβερωτερος των πωποτε αρχοντων, quae verba de ipsis principibus intelligi debere recte monet Strothius.

C. 11. §. 3. εν τοις δευτεροις ὑπατευσασιν ετετακτο — Haec ita *Strothius* explicat. *Inter primos post imperatorem & Caesares consulares erat.* Durum hoc mihi quidem videtur. Amplectamur potius facillimum sensum, Plautianum iterum fuisse Consulem, omnesque consecutum esse honores, qui fere erant conjuncti cum secundo consulatu.

C. 13. §. 9. δυναμιν ουκ εσεσθαι εξωθεν επιβουλευσαι. *Stephanus* post ουκ addere volebat οιαν aut ἱκανην; quod rejicit *Strothius* & hoc nonnisi subaudiendum esse monet At vel sic mallem legere: πλουτω και δυναμει ουκ εσεσθαι (οιους) τους εξωθεν. *Extraneos nec divitiis nec exercitu pares fore ad insidiandum.* Est enim durum, ipsis divitiis insidias tribuere.

Lib.

Lib. IV.

C. 2. §. 14. ὑπ' εκεινω δε ἑτερον — Quicunque paullo attentius legit hunc locum, non ferre potest illud ὑπο, sed incidat necesse est in conjecturam επι. Quod vel inde apparet, quod eam ante me, ut postea vidi, jam Stephanus, Sylburgius, Gesnerus & nuperrime Strothius pro se quisque invenerit. Ejiciatur igitur ineptum illud ὑπο.

C. 4. §. 6 & 7. της μεν δια ϛοργην, του δε δι' επιβουλην. — Locus hic jam Stephano & Sylburgio deploratae sanitatis videbatur. Verba quidem allegata cum Oxoniensi editore posses ita explicare: *Antoninus contulit se ad insidias summo cum periculo conjunctas, tum propter matris amorem* (quo Getam prosequebatur & itaque defensura videbatur) *tum propter insidias Getae*, quas hic vicissim struere solebat. At quum sequatur statim: Γετας μεν δη τρωθεις — μετηλλαξε τον βιον, quumque haec verba, quia nondum ipse impetus Antonini, sed tantummodo consilium illius describitur, prorsus nullo historico (etiamsi forte poetico) ordine cohaereant cum praecedentibus: profecto non video, quo jure dicere potuerit editor Oxoniensis: lacunam, quam alii suspicantur, nequaquam video. Coecus sit necesse est, qui hic lacunam aut certe graviorem textus corruptionem

ptionem non videat. Equidem nihil excidiſſe puto, ſed, quae facillima ratio eſt, metatheſin in auxilium voco Verba: της μεν δια σεϱγην, του δε δ. ε. abrumpo eo, in quo nunc ſunt, lòco, & inſero ea poſt καιϱιως demum in ſequente periodo, ut ſenſus ſit: *Geta igitur letale vulnus accepit, partim propter matris* intempeſtivum *amorem*, quae, quum arcte eum complecteretur, impediebat illum, quo minus ſeſe validioribus armis defenderet quam matris ſinu, *partim propter inſidias Antonini* (nunc enim του δε non amplius ad Getam referri poteſt), qui eum a tergo, quippe, ut ait Dio, απο αυχενος μητεϱος εξαϱτηθεντα, hinc non aperte ſed inſidioſe adgreſſus eſt. Sed ſi vel ita quoque lacuna tibi ſupereſſe videatur, aliam mecum ingredere viam. Verba: δια ξιφους χωϱησας και φονου muto in: δια ξιφους διεχϱησατο αδελφον, eaque ſic immutata alium in locum migrare jubeo. Jam enim quae ſequuntur ita lego: μη πϱοχωϱουσης γαϱ —— τε δε (nunc rurſus cum Oxonienſi editore Getam intelligo) δι' επιβουλην, και (id enim adhuc addendum, niſi antea velis ἡγησαμενος legere) δια ξιφους διεχϱησατο αδελφον. Illud χωϱησας originem potuit trahere ex πϱοχωϱουσης, & δια ſemel omiſſum eſt, ut ſaepe factum, ſi eadem vox non longis intervallis bis occurreret. Priorem medelam, utpote minus violentam, praefero. Utraque tamen facilior

lior est quam Strothii emendatio, qui totam fere periodum excidisse putat; licet non negem, si inseras eam, quam e Xiphilino fere supplet periodum, egregie omnia cohaerere, immo melius multo, quam in meis emendationibus.

C. 5. §. 10. οπερ εγω — Mallem ονπερ (Getam) ut πολεμιον masculinum sit. Nam sequentia επει — εφερεν ad ipsum Getam pertinent. In edit. Boecleriana vitiose exstat οσπερ, ut jam notavit Strothius. *ibid.* §. 12. σιγω Γερμανικον τον (sc. αδελφον) Νερωνος, και Τιτον Δομετιανου — Quaeritur, quo jure Herodianus Germanicum Tiberii (si hunc per Neronem intelligere velis) fratrem appellare possit, quum potius filius esset, per adoptionem scilicet. *Scheidius* enim turpiter se dat, dum in indice dicit: Tiberius *fratrem suum* ex insidiis per Pisonem creditur interfecisse. *Sylburgius* melius vidit difficultatem hujus loci. Quare post Γερμανικον excidisse putabat τον Τιβεριου, και Βρεττανικον. Sed minime probare possum hanc emendationem, etiamsi *Strothius* ei album calculum adjiciat. Nam ut nihil dicam de nimia hujus conjecturae audacia, aperte tamen refragatur consilio orationis Caracallae. Is enim exempla afferre volebat non cujusvis interfecti aliquando cognati, cujus rei innumera coacervare poterat, sed in specie exempla fratris

fratris a fratre peremti; id quod etiam clarissime docent cetera, quae affert, exempla, Romuli, Domitiani, Marci, licet in ultimo hoc mendacem famam (conf. Jul. Capitolin. in M. Anton. Philos. c. 15 & in Vero c. 11.), non veritatem sequatur injuriosus Caracalla. Jam vero Germanicus, ut dixi jam, non frater erat Tiberii, sed filius adoptivus. Posset aliquis conjicere, pro Γερμανικον legendum esse Βρεττανικον. Sed ne id quidem opus est. Equidem veram judico vulgatam lectionem, ejusque duplicem affero explicationem. Si Nero hic idem est cum Tiberio: Germanicus, de quo hic sermo est, non ille est, qui plerumque hoc nomine insigniri solet, Tiberii nempe filius adoptivus, qui Antiochiae periit, sed hujus potius pater naturalis Drusus, frater Tiberii. Hic enim Drusus itidem est vocatus Germanicus (conf. Sueton. in vita Claudii c. 1. Senatus Druso Germanici nomen posterisque decrevit). Non quidem certum est, Tiberium hunc fratrem suum interficiendum curasse, sed verosimile id fit ex quibusdam Suetonii locis. C. 1. in Claudio narrat, nonnullos tradere, hunc Drusum, suspectum Augusto, interceptum veneno; & c 50 in Tiberio de hujus in fratrem Drusum odio loquitur. Caracallam vero in hac oratione rumores tantum sequi, jam antea exemplum Marci Aurelii nos docuit. —

Enimvero malo, Neronem hic non esse Tiberium, sed ipsum illum imperatorem, sub hoc nomine maxime notum, praesertim quum ipse Herodianus jam l. 1. c. 3. §. 9. ita hoc nomine vsus sit. Nunc vero Germanicus idem mihi est qui Britannicus. Hunc enim Neronis fratrem vocatum etiam esse Germanicum, patet ex Suetonio (c. 27. in Claudio: quem primo Germanicum, mox Britannicum cognominavit.) Ex eodem Suetonio, & praeter hunc etiam e Xiphilino atque Zonara constat, Domitianum Titi fratris mortem, si non effecisse, accelerasse saltem.

C. 6. §. 2. μεθ' ὕβρεως πασαις αμαξαις επιτεθεντα — Quid sibi velint *omnia plaustra*, vt & Politianus vertit, non video. Lego πασης, *omni cum contumelia.* Sed rursus hanc emendationem jam praereptam mihi esse a Stephano; nunc demum ex Strothio disco, qui eodem nomine dolet.

C. 7. §. 4. επιλεξαμενος — Non opus est, vt cum editore Oxon. legas επιλεξαμενον. Pendet nominativus a verbo ὑπηγαγετο.

C. 10. §. 6. ὁσα νυν ὑπο ταις τουτων βασιλειαις — Post νυν insero ουπω, quod facile poterat excidere ob simillimum illud ὑπο, quod

quod statim sequebatur. Videtur vero negatio ista necessario hic requiri. Dicit enim Caracalla, τα λοιπα εθνη — ευαλωτα εσεσθαι. Hinc gentes de quibus loquitur, *nondum* erant sub jugum missae, sed mittendae adhuc. Facile autem poterant vinci, quoniam regebantur κατα τα εθνη και κατα τα συςηματα i. e. ut Strothius egregie explicat, quoniam totidem erant a se invicem disjuncta imperia, quot erant gentes ac coetus. Cur autem eidem doctissimo viro suspecta sit vox τουτων, nescio sane. Refertur enim ad Romanos & Parthos, quos modo nominaverat autor.

C. 14. §. 6. απο καμηλων εξωθεν — Lego ανωθεν, *desuper*. Simul inserere vellem adhuc μαχομενους aut simile quid, quanquam non omnino opus id est. Saepius vox ανωθεν hoc sensu apud nostrum occurrit. Sed quod maxime confirmat meam emendationem, c. 15. §. 4. de iisdem Cataphractis dicitur: μεγαλως ανωθεν εβλαπτον. — Hoc ipsum εξωθεν pessime veritur & explicatur a Politiano & Scheidio per: *tantum*.

L. 4. c. 9. §. 14. οἱ μεν εφονευον εξωθεν: alii caedem *tantum* faciebant. Immo vero: *forinsecus* caedebant. Erant enim Alexandrini cincti a Caracallae militibus. Hi igitur caedendo viam introversus sibi sternebant.

ibid. §. 8. στρατιωτου — Melius sane συστρατιωτου. Sed & hanc conjecturam jam pridem a me factam praeripuit mihi Strothius, vtrique tamen jam Sylburgius. Confirmatur ea exinde etiam, quod milites ipsi paullo ante dicuntur censuisse se συστρατιωτην amisisse c. 13. §. 15.

ibid. §. 10. εν τοις ημετεροις στερνοις — Politianus habet: *vestris* praecordiis. Legit igitur υμετεροις. Male vero. Memoria imperatoris ad omnes pertinebat. Sed saepius permutavit Politianus ημεις & υμεις, ημετερος & υμετερος. e. g. l. 2. c. 2. §. 12. l. 3. c. 6. & ibid. §. 13.

Lib. V.

C. 1. §. 17. Male interpungitur in vulgatis: γενους ενδοξον αρχην αυτον παρασχειν, και τω υστερω γενει αμεινον, η &c. Tolle interpunctionem post παρασχειν & post αμεινον; & interpunge post γενει, vt γενει ad παρασχειν, non ad αμεινον referatur. Ita expeditus erit sensus.

C. 2. §. 14. Hic quoque male interpungitur post αλληλους. Tollenda est interpunctio ista, vt προς αλληλους ad ηγορευον referatur.

C. 3. §. 11. *εικονα Ηλιου ειναι θελουσιν, ουτω βλεποντες* — Ultima haec verba quid sibi velint, non satis intelligo. Politianus omittit. Stephanus explicat: *ita suis oculis persuadentes*, & Sylburgius eodem fere modo: *ut quidem sibi videre videntur*. Dura, quantum ego sentio, haec explicatio est, nec nisi vi ex verbis istis extorqueri potest. Facilis emendatio est, si mecum legas: *ουτω βλεπειν θελοντες*, ut idem fere sensus oriatur, ac quem Stephanus e vulgata lectione elicere volebat. Poterat vero facile omitti *θελοντες* ob praecedens *θελουσι* Iisdem plane verbis utitur noster mox c. 4. §. 6. *βλεπειν γαρ ουτως ηθελον.* Eodem etiam sensu participium *θελοντες* occurrit c. 6. §. 10. *σεληνην ειναι θελοντες*; & l. 8. c. 3. §. 19. *Απολλωνα ειναι εθελοντες.*

C. 6. §. 4. *ου μετ' ου πολυ* — Deleo priorem negationem.

C. 6. §. 8. *Φησας δε απαρεσκεσθαι αυτω, ως παντα εν οπλοις και πολεμικη θεω* — Oxoniensis editor legere nos jubet: *πολεμικην θεον.* Male vero. Dicitur enim: *απαρεσκομαι τουτω*, non item *απαρεσκεται μοι τουτο*, sed *απαρεσκει.* Ego vero lego *αυτον* pro *αυτω*, & pro *παντα εν οπλοις* corrigo: *πανοπλω.* Nam vox *παντα* jam Stephano erat suspecta, qui emendabat *παντη* aut *παντατασιν*. Potes

 etiam

etiam, si videtur ita mecum corrigere: απαρεσκεσθαι αυτον ως τα παντα (*semper*, ut statim c. 8. §. 8.) ενοπλω. Quae emendatio facilior etiam est, quam prior.

C. 6. §. 16. Τας τε ηνιας κατειχεν — Haec vulgo referuntur ad imperatorem Heliogabalum. Non bene. Contextus postulare videtur, ut ad ipsum istum Heliogabali deum referantur. Hic currui impositus, vel potius simulacrum ejus, lapis κωνοειδης (conf. c. 3. §. 11.) κατειχε τας ηνιας i. e. habenae circumvolutae huic lapidi erant. Quod ipsum statim diserte narrat noster: αυτω δε περιεκειντο scil: αι ηνιαι. Haec enim verba male interpretatur Politianus & cum eo Scheidius: *circumstabant eum omnes*. Sed cui bono ista circumstatio, praesertim quum currus progrederetur? Verba quae statim sequuntur: ως ηνιοχουντι δη τω θεω, extra omnem ferme dubitationis aleam ponunt meam vocis περιεκειντο totiusque loci explicationem, qui igitur sic fere erit vertendus: *Ipse vero deus habenas tenuit. Nondum enim hominum quisquam eum inscenderat currum Quamobrem circumvolutae erant* (habenae) *ipsi deo, quasi auriganti.* Heliogabalus autem retrorsus incedens αντειχε τους χαλινους i. e. easdem illas habenas (secundum Eustathium enim ηνια & χαλινος prorsus eadem sunt) retinuit tantum, vel repressit, ne scilicet excide-

ciderent simulacro. Sic statim in hac ipsa narratione § 18 voce κντεχειν utitur noster. Verum enim vero tota explicatio mea corruit, si vulgata lectio vera & integra est. Tunc enim nominativus latens in verbo κατειχεν non potest non esse imperator Heliogabalus, ut accipitur vulgo, quanquam luculentissime demonstravi, sequentia id non permittere. Quare legendum censeo: ὁ μεν Θεος (sequitur enim ὁ δ'Αντωνινος) τας ἡνιας κατειχεν.

Lib. VI.

C. 1. §. 1. Statim in principio, ὁ δηλωθεις Αντωνινος quid significet, nescio. Politianus vertit: *major Antoninus.* Ne hæc quidem intelligo. Heliogabalus enim erat minor potius Antoninus. Scheidius interpretatur: *commentario expositus, descriptus.* Sed non memini, me hanc vocem unquam ita usurpatam invenire Apud nostrum certe nunquam de personis, sed de solis rebus, quae δηλουνται, Passiva verbi hujus forma, vel etiam Activa cum Accusativo invenitur. Graeci dicunt δηλουν τι, nunciare aliquid; non facile autem δηλουν τινα, describere aliquem. Enimvero credo δηλωθεις h. l. originem traxisse ex δεδηλωται, quod statim sequitur. Forsan λωβηθεις (ignominia affectus) scribendum, qua voce de hoc ipso

imperatore modo usus erat Herodianus ad finem praecedentis libri C. 8. §. 19.

C. 1. §. 11. των γενικων ἁμαρτηματων. Politianus vertit: *cognata vitia*, idque h. l. praeclarum sensum habet. Sed γενικος non facile ita occurrit. Mallem συγγενικος, quod de vitiis per hereditatem quasi traditis saepissime invenitur.

C. 5. §. 2. την δε ἑτεραν επεμψε προς τα αρκτωα μερη — Si cetera omnia sana sunt, huic tamen loco certissime inest vitium, aut ab ipso Herodiano, aut a librariis oscitantibus profectum. Necessario legendum ανατολικα pro αρκτωα. En rationes meas! 1) Alexander in tres partes distribuerat exercitum. Primam misit προς τα αρκτωα μερη, & quidem per Armeniam in Medorum fines. Ergo secundam alio miserit necesse est. Politianus vertit quidem: alterum *item* ad septentrionem. Sed tunc additum esse deberet και ταυτην, aut simile quid. 2) Quum tertiam partem ipse Alexander κατα μεσην την περσιαν ducere vellet, quaero, quo haec profecta sit, si prima atque secunda pars utraque iret ad septentrionem. 3) Secunda illa, de qua sermo est, exercitus pars eo proficiscebatur, ubi Tigris & Euphrates confluunt. Erat autem Alexander in Syria. Jam vero locus, ubi flumina illa confluunt, e Syria proficiscentibus, non ad Septentrionem,

nem, ſed ad Orientem, immo ſi accurate loqui velis: ad Meridiem ſitus eſt. 4) Certiſſimum emendationis meae argumentum eſt ſubſequens fatorum uniuscujusque exercitus enarratio. Primus enim exercitus, ad *αρκτωα* ire juſſus, in Armenia frigore ac montium hyemisque aſperitate attritus eſt (conf. c. 5 §. 11. & inprimis c 6. §. 5 & 6.) & maxima pars periit. Secundus exercitus qui noſtra maxime intereſt, *εν τοις ἑῴοις μερεσι Παρθυαιων* (c. 5. §. 14.) pugnavit. Nam Artaxerxes *εις τα ἑῷα μερη ηπειγετο* & fugavit hanc copiarum Alexandri partem (ibid. §. 15 & ſqq.) Tertius denique exercitus, cui ipſe Alexander praeerat, morbis graſſantibus, quum nondum longe proceſſiſſet, impeditus eſt, quo minus medio, ut conſtitutum erat, itinere ad hoſtes penetraret (c. 5. §. 19 & c. 6. §. 2 & §. 7.). — Ex his quidem ſole meridiano clarius eſt, veram eſſe prolatam a me emendationem. Si quis tamen pro *ανατολικα*, quo noſter alibi etiam utitur, malit legere *ἑῷα*, quia haec vox, ut vidimus, in hac ipſa narratione bis occurrat, ei equidem non magnopere repugnabo. Sed *ανατολικα* facilius quam *ἑῷα* in abſurdum iſtud *αρκτωα* mutari potuit. Nec vero negaverim, fieri etiam potuiſſe, ut ipſe Herodianus per incuriam & imprudens, ut fit, ſcriberet *αρκτωα*, quum in animo haberet *ανατολικα*. Quae

ſi

ſi placet ſententia, ipſa quidem deſcriptio Herodiani falſiſſima, textus vero ſanus erit. Sed vel ſic apertum iſtud vitium mallem corrigere. Error enim non eſt ex ignorantia ortus, quales, quoties occurrunt apud veteres ſcriptores, corrigi non debent. Sed ejusmodi errores, qualis hic noſter eſt, & qui, ut ita dicam, non niſi ſphalmata typographica ſunt: tales, inquam errores corrigere, nemo vetare poteſt, niſi qui nimis religioſum Criticum agere velit.

C. 7. §. 16. *αντιτυπες δε ὀυτω γινεται το ποτε ρειθρον.* Lego: *τοτε* (per hyemem) *το ρειθρον.*

C. 8. §. 13. *ειτε και νοȣντα* — Lego: *αγνοȣντα.* Alias enim non oppoſitum eſt ſequentibus: *ειτε και λαθρα τουτο προκατασκευασαντα.* Politianus eodem modo legit. Vertit enim: dubium, *ignaro*, an re prius compoſita.

Lib. VII.

C. 1. §. 18. *της γεφυρας λυθεισης* — Haec verba ſtatim poſt *εγινετο* collocari velim.

C. 3. §. 3. *η λειας αιχμαλωτους* — Inſero inter utramque vocem *η* aut *και*, ſuffragante Politiano, qui habet: *praedam aut captivos.* Sic

Sic etiam capite praecedente §. 18. locutus erat noſter.

ibid. §. 10. μεχρις οικειων — Lego οικιων, aut, quod praeſtat, οικων (ſingulae familiae). Oppoſitum enim eſt τοις δημοις & τοις εθνεσι. Et ſtatim §. 12. ipſe Herodianus dicit: επει δε τους πλειςους των ενδοξων οικων &c. Aperte etiam refragatur iſtud οικειων praecedentibus. An enim omnes viri conſulares, quos paullo ante (§. 8.) ſupplicio affectos eſſe a Maximino narraverat autor, ad imperatoris familiam pertinebant?

ibid. §. 15. σκυλα των πατριδων — Lego θεων πατριων. Id enim etiam contextus requirit. Ita loquitur noſter l. 8. c. 7. §. 4. θεων πατριων αγαλματα.

C. 4. §. 7. τους εκ των αγρων νεανισκους — Irrepſit forſan haec vox pro οικετας. Quoties enim in hac narratione vox νεανισκος occurrit, ſermo eſt de dominis illorum ſervorum.

C. 5. §. 2. ηδη μεσαζουσης ἡμερας. Politianus habet: *nocte intempeſta.* Legerit igitur neceſſe eſt aut: ακμαζουσης νυκτος ut l. 2. c. 1. §. 12. aut ſaltem: πελαζουσης ἡμερας. Sed certiſſime lapſus eſt Politianus. Nam caedes procuratoris jam facta erat αμα τῳ παραδραμειν το περιορθριον. c. 4. §. 9. —

ibid.

ibid. §. 12. ει μεν ουν τα παροντα ἑλοιο. Praestaret forsan προυχοντα. Politianus habet: si potiora malueris. τα παροντα esset: *periculum praesens*, ut paullo ante (§. 11.) & postea (§. 18.) ἑλομενος μαλλον τον μελλοντα κινδυνον η τον παροντα.

C. 6. §. 8. τους δε στρατιωτας ὑπεσχετο. Jam Stephanus recte emendavit τοῖς στρατιωταις. Posset tamen κατα subaudiri.

ibid. §. 13. ετι δικαζοντι. Pro ετι mallem ηδη. Nam de tempore antelucano sermo est, quo *jam* jus dicere solebat Vitalianus. Immo forsan ουδεπω contextui aptum foret; magis saltem quam ετι.

ibid. §. 14. γραμματα προς Μαξιμινον. Politianus vertit: litteras se ferre a Maximino. Legit igitur Μαξιμινου. Et ita jam Capitolinus legisse videtur. qui (in Gordian. c. 10.) dicit: fictae sunt litterae Maximini &c. Sed ipsius Maximini epistola haec non poterat esse aut fingi, quia Vitalianus non statim signa ejus agnoscebat. Et quae statim sequuntur: επι τουτο τε παρα του (pro τινος) πεμφθηναι ὑπερ ασφαλειας του βασιλεως, clarissime docent, non agi de epistola ab ipso imperatore scripta. Nam insidiatores simulare debebant, se ab alio quodam missos esse. Non sollicitanda igitur vulgata lectio προς Μαξιμινον, nec tamen ea, quod quidem

dem facillimum foret, ita explicanda est, ut intelligatur *epistola ad Maximinum*. Cur enim ea ferebatur Vitaliano? Cur Romam potius, quam in Pannoniam mittebatur, ubi tunc agebat Maximinus, quod nemini poterat ignotum esse. Quum Vitalianus peteretur insidiis, cur non huic ipsi inscripta erat epistola ista? Et erat sane. Ego enim epistolam intelligo, quae ad Maximinum pertineret, quae illius interesset. Solent enim & hunc sensum praepositioni προς (cum Accusativo) subjicere Graeci, ut quum dicunt: τα προς ἡμας, τα προς την πολιν. Apud nostrum etiam plurima exstant exempla.

C. 7. §. 11. συνεδριω βουλευουσι. Lego βουλευτικῳ.

C. 8. §. 20. ὡς ὑπαρξαι εμοι τε και ὑμιν — Lego: ὡς ὑπαρξαι εμοι μεν, ὑμιν &c. & deinde ὑμιν δε pro ὑμιν τε.

C. 9. §. 1. ουχ ὡς ηλπικεσαν τα πραγματα προυχωρει — Politianus interdum dormitavit in sua ceteroquin egregia versione. Adeo negligenter saepius vertit, ut jam aliquoties vidimus. Idem & his verbis contigit, quae ita transfert: *res praeter spem magnopere successerunt*. Sensus hic quidem elici posset e verbis Herodiani, si ea a reliquis disjungeres. Sed quam statim enarrat Carthagi-

thaginiensium cladem, ea clarissime docet, facillimum sensum esse amplectendum: *res non bene, ut speraverant, successit.*

ibid. §. 9. ουδεν αξιομαχον ισορροπον — Quae voces quum idem fere significent, mallem αντιμαχον.

ibid. §. 12. βαρεας τας εμπεσουσας — Quid sint βαρεαι (si, ut Stephanus vult, nominativus est βαρεα) nemo scit. Stephanus, cui tamen suspecta est vox haec, in Append. ad Thes. graecae linguae dicit, Politianum credidisse, *sudem* ea *significari.* Sed, ut recte jam monet Scheidius, Politianus ξυλα po us ita vertit, & more suo vocem βαρεας, quam non intelligebat, omisit. Occurrit autem vocabulum hoc nusquam alibi Quare & mihi suspecta est lectio. Βαρις quidem invenitur, & navigii genus quoddam significat, & βαρεις Suidae & Hesychio sunt moenia, turres, porticus; quae omnia (excepta forsan hac ultima significatione) minime huic loco conveniunt. Equidem lego χαρακας. Χαραξ enim gen. foem. est sudes, inprimis vinetorum. Eustathius dicit, χαραξ foem. gen. esse αμπελου ὑποστημα, masc: το χαρακωμα του στρατοπεδου. Sed praeterquam quod vox haec unam significat sudem, significat etiam totam sudium seriem, quibus non solum castra,

caſtra, ſed & vineta, horti &c. cinguntur. (Pallifaden). Et hujusmodi ſepta hic intelligenda ſunt. De his ſibi Carthaginienſes circumcirca abſcindebant (περιτεμνοντες) ſudes, & haec ligna, ut quisque poterat, acuminabant (και ξυλα καταπρισαντες). Poſſes etiam verbum περιτεμνειν commode ſatis explicare, ſi χαρακας pro ſingulis ſudibus ſumeres Sed prius quidem magis mihi placet. Politianus legiſſe dicitur καταπρησαντες, quia habet: praeuſtas ſudes. Et Sylburgius revera ita legi vult. Male tamen. Quorſum enim praeurerent nunc adhuc ſudes, antea jam ad primum uſum praeuſtas? *Acuminabant* eas potius (ſic enim verbum καταπρειν hoc loco explico). Hoc ipſum tamen jam habet Politianus; quare Sylburgio non credo, eum legiſſe καταπρησαντες.

C. 10. §. 1. μαλιστα Γορδιανου τετελευτηκοτος — Suſpicor, poſt Γορδιανου excidiſſe νεωτερου, aut ſimile quid, ut de Gordiano filio ſermo ſit. Aperte enim haec oppoſita ſunt praecedentibus: ἡ του πρεσβυτου τελευτη Mors hujus ſenis infirmi Romanos minus perturbabat quam filii mors. Confirmant meam ſententiam ea, quae ſequuntur: εις ὃν ηλπικεσαν. Quam enim ſpem ponere poterant in ſene octogenario? Sed magis adhuc firmatur emendatio mea voce μαλιστα, quae, niſi mecum correxeris,

plane incongrua hic est. Si nihil inferere vis, transponendum saltem est μαλιϛα, & post εις ἐν collocandum. Sed sic quoque remanet quaedam inconcinnitas. — In iis, quae statim sequuntur, verbis elegantior usus pronominis αυτος occurrit, quod hic significat imperatorem Maximinum Quoties enim sermo est de discipulis, αυτος est praeceptor (αὐτος εφα); quoties de servis, dominus; de liberis, pater; de populo, ut hic, princeps.

ibid. §. 7. ανεπιϛροφως αρξας. — Hoc non congruit sequentibus. Stephanus volebat επιϛρεφως. Ego vero ad vulgatam lectionem propius: αει επιϛροφως. Sic idem Maximus mox describitur (§. 11.): πολυ τε το επιϛρεφες εσχε προς τους φαυλους.

C. 11. §. 3. μαθοντες δ᾽οἱ ϛρατιωται. — Politianus videtur legisse δυο. Habet enim: *duo ex militibus*. Pessime Erant multi; duo tamen vel tres inprimis audaces, qui in curiam usque penetrabant. Mox post καταλελοιπει tollatur interpunctio, & participia, quae sequuntur, οντες & μεμενηκοτες in Accusativum suum mutentur. Sic omnia optime cohaerent. Particula enim γαρ, quanquam insolentius paullo hoc loco adhibita,

hibita, bene ſe habet, quippe quae rationem remanſionis in caſtris reddit. Pro αφιξιν vero ut legamus αφεσιν cum Stephano & Sylburgio, neſcio an opus ſit.

ibid. §. 13. ει τινες ησαν — επιτηδειοι. Forſan: ου (ubi) τινα — επιτηδεια. Sic & Politianus: *in quibus pompae magis inſtrumenta quam belli adſervabantur.*

Lib. VIII.

C. 1. §. 11. εν κοιναις παντων οικιαις. Forſan fuit κεναις, ut ſupra (§. 8.) urbs dicebatur fuiſſe κενη ανθρωπων. Uſitatius ſaltem dicitur: κοινος πασι. Attamen & vulgata lectio bene poteſt explicari.

C. 4. §. 4. πυλισι κατ᾽ ολιγον αυξανομεναις υπειλημμενον. — Quid ſibi velint πυλιδες h. l. ingenue fateor me non intelligere. Quorſum enim portulae? Scheidius in indice ita vertit: *portulis paullatim creſcentibus ab inferiori parte interceptum opus.* Egregie ſane. Obſcurum per magis obſcurum. Quum vero Politianus habeat: *pilis veluti quibusdam parvis ſenſim creſcentibus;* legendum forſan

πιλοις αυξανομενοις. Nam *πιλος*, licet rarius, etiam pilam, ſtruem ſignificat. Sed ecce, alia ſuccurrit emendatio, facillima ſane, quam ſimul veriſſimam judico. Lego: *ςυλισι*. En tibi ſenſum commodiſſimum: *pons columnis ſenſim adcreſcentibus fultus*. Non ignotum enim eſt, *ὑπολαμβανειν* etiam ſignificare: onus ſubire, portare, fulcire. Quam facile vero Στ & Π confundi poſſent, immo quam ſaepe id factum ſit — quis neſcit?

bid. §. 11. *χειρι πολλη και σπουδη*. Mallem *πολλων*. Nam etſi bene ſcio, *χειρ*, ut latinum *manus*, dici etiam pro agmine, ut & alibi a noſtro factum, tamen h. l. vox ea in hac ſignificatione non bene cum *σπουδη* conjungi mihi videtur.

ibid. §. 26. *κιρνωντες θειω και ασφαλτω, πιτταν ἑλοντες* — Aut plane abjiciendum eſt *ἑλοντες*, aut, quum hoc violentum ſit, legendum fortaſſe: *πιττελαιον* (oleum picinum, de quo vid. Plin. H. N. l. 15. c. 7.); aut denique, quum poſtea de pice ipſa ſermo ſit: *πιτταν ελαιον τε*. Nam *ἑλοντες* prorſus abundare, quum accuſativus *πιτταν* ad

ad Verbum *κιρναω* referendum ſit, nemo non videt.

ibid. §. 29. *τας τε οψεις επηρουντο*|, *και το προσωπον ηκρωτηριαζετο, τας χειρας* | *και ειτι γυμνον ην.* Quorſum *τας χειρας* referes? Tranſpone vocem hanc ſtatim poſt *οψεις*, praefixo *και*. *Mutilabantur oculis & manibus.* Ita non opus eſt, ut cum Stephano legas *ηκρωτηριαζοντο*. Nunc enim *το προσωπον* nominativus eſt. Nec video, quid proficiat Stephani emendatio, etiamſi velis poſt *προσωπον* interpungere. Tunc enim deeſſet tamen conjunctionis particula.

C. 7. §. 8. *ειρηνην εχοντες προς θεους*, *ὁυς ομωμοκατε, και νυν φυλασσοντες τον ορκον* — Quid hoc loco eſt *ειρηνη προς θεους*? Politianus omiſit. Ego vero rurſus metatheſi, quae optima ſane emendandi ratio eſt, utor. Colloco *και νυν* ante *προς θεους*. Aut ſi hoc diſplicet, lege *προς θεων* (a diis pace impetrata).

ibid. §. 17. *ὁι αδικουμενοι απεστησαν.* Praeponi jubebat Stephanus *ὁπου*, quod recepit editor Oxonienſis. Non opus id eſt. Saepius enim invenitur ejusmodi Enallage ge-

neris, masculinum pro neutro, ita ut ad sensum, non ad grammaticam veritatem spectetur. Pro ὁι modo legas ὁι, ut tandem aliquando aliquam saltem accentuum rationem habere videar.

C. 8. §. 9. ευγενεις ευπατριδας. Politianus habet: *patricia nobilitas*. Videtur legisse: ευγενεια ευπατριδης, quod & multo melius.

VI.



VI.

ANONYMI
SPICILEGIUM
CONJECTURARUM CRITICARUM SELECTIORUM
IN
NOVUM TESTAMENTUM
AD
BOWYERII ET SCHULZII
COLLECTIONEM. SECTIO TERTIA.



In priorem apostoli Paulli ad Corinthios epistolam.

Cap. V, 13. Ἐξαρεῖτε. Vir doctus[1], qui sub nomine GLAUBENSLEHRER observata quaedam in N. T. germanice edidit, distinguendum putat:

Ἐξαρεῖ — τε. Scilicet *deus etiam tollet seu profligabit*; hancque suam conjecturam firmatam cupit, primo, quod καὶ copulet, non consequenter sumatur. Deinde quod in fine non reperiatur reciprocum αὐτῶν, sed αὐτῶν.

Cap. VI, 8. ἀλλὰ ὑμεῖς — ἀδελφούς. Etiam haec, uti praecedentia, interrogative omnino capienda videntur.

Cap. VI, 13. Ὁ δὲ Θεὸς — καταργήσει. Haec verba de abolitione ventris & cibi non apostoli ipsius esse contendit SAMUEL CRELLIUS in peculiari scripto germanico: *Neuer Beweis der Auferstehung des Fleisches.* Vult autem esse verba adversarii in sequentibus a Paullo refutata.

Cap. XI, 10. Pro τοὺς ἀγγέλους vir quidam doctus, cujus nomen nunc non succurrit, legendum contendit τὰς ἀγκάλας *usque ad cubitus.*

Cap. XV, 45. Pro οὕτω καὶ legendum videtur καὶ γὰρ οὕτω, *proinde.*

Cap

Cap. XV, 52. ἐν ἀτόμῳ. VALKENARR *ad* AMONIUM *p.* 119. supplet: χρόνου, ut sit *minutissima temporis particula.*

In posteriorem epistolam ad Corinthios.

Cap. II, 5. ἐπιβαρῶ. *Glaubenslehrer* vult esse aoristum secundum subjunctivi passivi.

Cap. III, 14. 15. 16. 17. Haec parenthesi includenda videntur.

Cap. IV, 3. ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις. Estne masculinum? an neutrum? si posterius: HERMANNUS BRUYNINGS in *miscel. Groning. T. II. fasc.* 2. intelligi vult legem ceremonialem.

Cap. V, 17. εἴ τις λ. Protasis clauditur vocabulo κτίσις & locus vertendus est: *siquis in Christo nova creatura est: vetera praeterere.* ERASMUS. GROTIUS. VRIEMOET. *observ. miscel. lib. I. p.* 141.

Cap. X, 4. δυνατὰ τῷ Θεῷ. Hic comma ponendum, ut sit: *deo*, hoc est, *in dei honorem, ut ei animos lucremur*, quasi positum pro διὰ τοῦ Θεοῦ.

Cap.

Cap. XI, 4. Καλῶς ἠνείχεσθε. HEUMANNUS bene conjicit, haec verba interrogative capienda esse.

Cap. XI, 6. Verba εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει; interrogative non minus capienda sunt & reddenda. *Num vero etiam imperitus sum oratione, sed non scientia?* Hoc nempe erat, quod adversarii de apostolo criminabantur, sermonem ejus barbarum esse, rudem & inconditum; quamvis sublimiorum rerum cognitio quaedam disputari illi non possit. Atque hoc ipsum illa interrogatione minime concedit, sed prorsus negat, & Corinthios ipsos veluti arbitros sibi poscit, verane, an non potius falsissima sit illa criminatio? STOSCH *comp. arch. oecon. N. T. p.* 87.

In epistolam ad Ephesios.

Cap. I, 1. τοῖς οὖσιν. Hic vacuum reliquerat apostolus, ut & ad Ephesios & ad Laodicenos dirigi posset epistola. Vid. WOLF. in *proleg. ad h. ep.* & *ad h. vs.*

Cap. II, 5. BULLIERIUS in *diss. s.* post χριστῷ interserit Ἰησοῦ, οὗ. Certe quidam Codices habent οὗ. Vid. *biblioth. raison. Tom. XLVI p.* 180.

Cap. III, 10. ἵνα γνωρισθῇ. λ. cl. J. D. MICHAELIS parenthesi includenda conjicit magis, quam probat.

Cap. V, 14. ἔγειραι λ. Haec ex antiquissimo

ſimo quodam cantico deſumta videntur HEUMANNO in *ſyll. diſſ.*

Cap. V, 19. λαλοῦντες ἑαυτοῖς, *invicem.* Nonne de antiphoniis veteris eccleſiae cogitare juberet?

In priorem ad Theſſalonicenſes.

Cap. I, 1. Θεσσαλονικέων. Hic punctum ponendum. Ἐν Θεῷ—χάρις. Sic & *ep. II. cap. I*, 1. 2.

Cap. V, 23. Καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν. Hic comma vel colon ponendum, vertendumque: *totam veſtram ſortem*; nempe tria ſequentia. HOTTINGERUS Heidelbergenſis. Cf. *Muſeum Helvet. partic. II. & IV.*

Ad epiſt. ad Hebraeos.

Cap. II, 8. νῦν δὲ ὄπω ὁρῶμεν. Eſt objectio, quam ſibi facit ſcriptor & deinceps refutat. J. C. LAVATER *ſing. diſſ.* STOSCH. *conject. & conlect. faſc. IV.*

Cap. X, 17. προσενέγκας θυσίαν εἰς τὸ διηνεκές. Comma non debet poni poſt θυσίαν, ſed poſt διηνεκές. *Ipſe unicum, quod in ſempiternum valeat, ſacrificium, pro peccatis offerens, conſedit ad dextram dei cf.* 14. GERDES *diſſ. VI. ad I Cor. XV. p.* 24.

Cap. XII, 24. Ἄβελ. JO. HENR. VERSCHUIR in *diſſ. philol. exeg. n.* 2. conjicit Ἔβαλ; παρὰ τὸ (ſc. αἷμα) Ἔβαλ. Cf. ERNESTI *neueſte theol. blibl. Vol. III. p.* 356. 357.

Cicero

Cicero pro Archia.

Ego vero fateor, me his ſtudiis eſſe deditum. Ceteros pudeat, ſiqui ita ſe literis abdiderunt, ut nihil poſſint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in adſpectum lucemque proferre. Me autem quid pudeat, qui tot annos ita vivo, ut ab nullius umquam me tempore aut commodum, aut otium meum abſtraxerit, aut voluptas avocarit, aut denique ſomnus retardarit? Quare quis tandem me reprehendat, aut quis mihi jure ſuccenſeat, ſi, quantum ceteris ad ſuas res obeundas, quantum ad feſtos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates, & ad ipſam requiem animi & corporis conceditur temporis; quantum alii tribuunt tempeſtivis conviviis: quantum denique aleae, quantum pilae; tantum mihi egomet ad haec ſtudia recolenda ſumſero?

FINIS Part. II. Faſ. II.

